Nolo propalare quēdam Archidiaconum cuiusdā cathedralis ecclesie; sed dicam factum tantum: ipse venerat in tantam audaciam & presumptionē vt vellet preferri Generali vicario Episcopi, cui ego respōdi & si ꝯsuetudo etiā extaret vt ꝓferretur vicario Episcopi: illa nō valleret ſm Panor. in consi. xxi. incip. viso dubio de quo queritur quo viso infonte statim obmutuit. Quare no. tu quis esse Vicarius Generalis Episcopi vt scias tuam dignitatem defendere contra aliquos Archidiaconos temerarios & arrogātes.

Singulare. XXIX.

Volo tibi i mediū adducere q̄dā cautelā quā si tu sciueris practicare cōsequeris ingētem honorē & gloriam cū lucro. Quidam inquisitus de causa criminali pendente inquisitione quia erat laicus: effectus est clericus vel sequuta condemnatione non curo, volebat declinare forum seculare & se remitti ad iudicem ec

clesiasticũ iuxta.c.si iudex,laicus de senten.excõi.lib.vi. clarũ est ꝙ nõ debebat audiri vt p Bar.& alios in.l. cum. quedã puella .ff. de iurisdi.om.iud.& in.l.i.ff.de penis. vnde iste inquisitus quia fecerat votũ clericatus, & intrã di religionem antequã delictum committeret declina bat forum seculare. Ego quero nunquid debeat audiri dico ꝙ sic quasi votum illud trahatur retro.ita singu.te net Bald.in.l.i.C.an ser.ex suo fami.quod ẽ valde no. maxime quia de hoc staretur iuramẽto suo an votũ emi serit ante cõmissum delictum:sicut stari debet iuramen to de aliis que depẽdent a voluntate vel cõsciẽtia nostra glo.in.§.alie.vbi plene per Inso.insti.de actio.& glo.in. c.significasti.secũdo de homici.referunt & sequũtur mo der. Papieñ. in.d.l. cum quedam. in.ii.col.in.fi. quod no.in practica vt dixi.

Singulare. XXX

VVlgata cõclusio est,& trita ꝙ si quis timet offendi in persona põt implorare officium iudici, ⁊ eo me diante cogere aduersarium vt sibi prestet securita tem de eo nõ offendendo.l.denuntiamus.vbi Bar.C. de his qui ad ecc.cõfug.no.Bar.per illũ tex.C.in quibus cau.colo.lib.xi.idem Bar.in.l.capitaliũ.§.ad statuas.ff. de pẽnis.Sed quero abste quid si processisset culpa mea puta quia ego offendi te vel vulneraui.Respõdeo ꝙ ad huc possum hoc petere ita sing. Bar.in.l. qui bona.§.si quis iuxta.ff.de dam.infe.Item q timet offendi ab ali quo potest petere a iudice vt sibi prestet familiam que eũ associet p glo.sing.i.l.fin.C.de eroga.militaris ãno.lib. xii.Bar.in.l.sanctum.ff.de.rer. di. quod no. quia vidi quandoq; practicare.

Singulare. XXXI.

DEdi tibi animalia a mea custodiẽda venis ad me:& defers pelles eorũ asserẽs ea fuisse mortua: q̃ro abs

te nunquid hoc sufficiat, tu diceres q̃ sic & q̃ per delationem pelliũ probetur de interitu eorũ in cõtrariũ est veritas. Nam non sufficit probare interitũ: nisi etiã probes casum fortuitũ dictũ est Bal. in. l. cũ ita. §. species ad fi. ff. de lega. ii. Et iste casus fortuitus cõsideratur quando forte esset mortalitas vel similis sequitur domi. Alex. in consi. ccxcix. incip. in causa & lite vertente inter Ludo. no. quia vidi millies de hoc litigari.

Singulare. XXXII.

SEpenumero ĩ superioribus meminimus q̃ mulieres iure longobardo veniẽtes non cõtrahunt absq̃ mundualdis. quero abste nunquid si ex post facto interueniret cõsensus validetur ille cõtractus. Dic q̃ nõ quia tales cõtractus fuerunt ipso iure nulli a principio ita in terminis decidit Bal. in. l. i. ĩ antepenul col. per totã. C. qui admi. vbi cõcludit q̃ stãte predicto statuto nõ sufficeret q̃ postea predicti cõsanguinei & mundualdi ratificarent nisi fieret incõtinẽti quia que incõtinẽti fiunt videtur in esse. l. lecta. versi. dicebam ff. si cer. peta. & illam doctri. Bal. sequuntur Pau. de cast. & domi. Alex. in. l. si cũ dotem. §. eo autem tempore. ff. solu matri. & domi. Alex. in. l i. §. fuit quesitum. ff. ad trebel. Anto. de butri. & Imo. in. c. cũ consuetudinis de cõsue. & Cardi. Zaba. in. c. fi. de maio. & obe. ideo no in practica.

Singulare XXXIII.

DIctat regia nouella pragmatica incip. qui in cã principali sub Rubrica de expensis soluẽdis: q̃ nõ admittitur appellãs ad appellãdũ a sentẽtia quãdo in causa nihil posuit vel probauit quia videtur hoc facere magis ad differendum quã q̃ credat iustam causam prosequi nisi prius expẽsis cũ effectu solutis in quibus succubuit vt ibi latius habetur. Q uero modo abste. Pone q̃ expẽse nõ fuerũt petite p̃ partẽ nũ

quid talis appellatio administratur: tu diceres ꝙ non qa illa pragmatica videtur tradere formam a qua non est recedendum.c.cum dilecta de rescrip.l.diligenter.ff.mā da.tene ꝙ valeat per tex.no.in.l.peto.§.fi.versi.ꝙ si cautio non fuit desiderata ff.de lega.ii.per quem tex.no. Pau.de ca.ibi.ad fi.ad statutum ꝙ qui appellat a sententia vel petit restitutionem in integrum debet cauere cum fideiussore de restituendis expensis, & aliter processus factus nō teneat, certe si talis cautio nō fuit petita ꝑ aduersarium, & sic nec oblata valet processus qa tale statutum intelligitur si cautio fuit petita & nō prestita: & dicit Pau.de cast.ꝙ est tenēdum mēti quia pluries vidit de facto sequitur do.Alex in cōsi.ccccclxxix.incip.visis narratis in themate: debēt ergo expense peti, quod no. ad intellectum dicte regie pragmatice quia quotidie.

Singulare. XXXIIII

NOn incongrue annectēdum & illud duximus precedenti singulari: Nos habemus.l.sancimus de iure congrui sine protemiseos per quam vicinus cui illud ius competit ratione vicinitatis debet infra illū terminum de quo ibi soluere iustum pretium &c. Pone ꝙ pars que emit nō petit illud pretiū sed stat semper in finibus nō restituendi fundū, quero nūquid vicinus vel etiā cōsanguineus admittatur ad ius illud prosequendum quod sibi cōpetit ratione vicinitatis vel cōsanguinitatis absq; eo ꝙ soluat vel offerat pretiū qlibet diceret quod nō sed quod tenetur soluere vel saltem offerre ⁊ ita communiter solet obseruari. In cōtrariū est veritas & quod nisi petatur pretiū per emptorē semper vicinus admittitur ad ius suum prosequendū vel consanguineus ad hoc adduco.l.iulianus.§.offerri.ff.de actio.emp.tex.eni ibi dicit offerri debet ꝑtiū ab emptor̄: itelligitur si petatur a

parte & sic verbum precisum a lege debet intelligi si petatur. secundum Bald. in. l. ii. C. de his que sub mo. & in. l. i. c. ne licet. ter. pro. & in. l. si traditio in. iii. q. C. de actio. emp. & in. l. i. i vlti. col. C. de vsusru. leg. quod no. quare sic poteris adiuuare amicum tuum, cui competit ius prothemiseos absq; eo quod offerat pretium. Nam poterit prosequi ius suum si pretium nō petatur ab emptore & istum passum forte nō inuenies positum ab afflicto in suo tractatu iuris prothemiseos & est quottidianus.

Singulare. XXXV.

SVpra in. xxxvi. sing. fuit allegata cōstitutio regni in aliquibus de succes. filio comi. vel baro. per quā tu habes φ extātibus masculis filie femine non succedant, sed quod debeāt maritari de paragio, ego q̄ro abs te quantū erit istud paragiū. Dicas quod nō erit minus quā sit legitima que cōpetebat ipsis filiabus feminis per tex. no. in aucten. Res que. C. cōmu. delega. per quem tex. Saly. ibi in. ii. no. & fulgo, no. quod stante statuto quod extātibus masculis filie femine nō succedāt patri ab intestato sed debeāt maritari arbitrio propinquorū. Certe propinqui non possunt arbitrari minorem dotē quā sit legitima. quod no, perpetuo ad intellectum dicte constitutionis: quia sepius vidi dubitari quantum erit istud paragium.

Singulare. XXXVI.

TV habes tex. i c. cū Ioānes de fide istru. vbi dicitur, φ iudex pōt q̄ndocūq; iterrogare ad veritatē ipsā indagandam ex officio etiā potest cōclusum in causa & in causa summaria vt est hodie in regno per. c. detestantes & per regiam nouellam pragmaticā primā i ordine i cip dispēdia litiū etiā ad istantiā partis vt est glo. reputata sing. i versi. iterrogabit in cle. sepe de verbo. signifi. ego

quero abste nunquid ista interrogatio possit fieri ad finẽ fundãdi nouam intẽtionem partis:an vt declarentur iã deducta:tu diceres quod sic p id quod dicit Bal.in.l.i. C.vt quę desunt aduoca.vbi dicit ꝙ cõclusio fit partibꝰ & nõ iudici. Sed ante poterat interrogari ergo & post & videtur text.in.c.pastoralis in fi.de cau.pos.& pro. In cõtrarium est veritas dictum est Inno. & est additio.in.d. c.cũ Ioannes, vbi dicit.ꝙ ad declarationem iam actorum, nõ autem nouarum rerũ interrogare potest, & ibi Cardi.zaba.dic.t in.ii.colũ.no.hoc dictum Inno. quia vidi multos reputatissimos doctores errare in hoc pro quo dicto consuluit idem Car.in consi.suo.lxxii. incip. sigillatim ad singula tene menti quia multoties contigit de hoc dubitari.

Singulare. XXXVII.

TRitum est illud dictum ꝙ interlocutoria potest cõtrario imperio reuocari iuxta.l. quod iussit.ff.de re iudica.& in.c.cum cessante extra de appella.sed hoc nõ habet locum quãdo illa interlocutoria fuisset bis cõfirmata quia per binam confirmationem effecta est irreuocabilis ẜm glo.in versi.super ea.in fi.in clemen.fi.de appella.quam no.contra illos qui habentes interlocutorias cõtrarias:tametsi fuerint cõfirmate semper petunt illas reuocari.& millies vidi in facto.

Singulare. XXXVIII.

DIctat alia Regia nouella pragmatica ĩcip. odia litium sub rubrica de cõpromissis inter coniunctas personas ꝙ inter consanguineos & affines vsq; ad quartum gradum.ẜm ius ciuile cõputandũ debeant cause cõpromitti, nũc q̃ro abste an clericus actor ĩ foro seculari possit cõpellere ipsum reũ ad cõpromissũ:& an reus ipse possit compellere ipsum clericum actorem ad compromissum, qui libet prima facie diceret ꝙ sic.

Nam ibi dicit ue ꝙ ista exceptio compromissi poterit al legari per alterum ex litigātibus:siue sit actor,siue reus, & illud quod habetur in dicta pragmatica videtur respi cere ordinem iudicii cui ordini videtur astrictus ipse cle ricus litigans ī illo iudicio per ea que habētur in.c.quod clericis de foro compe.in contrariu m est ve ritas. Nā nec clericus potest vt actor cogere consanguineum ad cōpro mittendum:nec reus poterit ꝑ viā exceptionis cōstringe re clericū ad cōpromittēdū:no.verbum fuit Bal.ī cōsi. cvii.incip.dictat statutum,in.vi.col.in fi.refert & sequi tur Hypo.de marsi in.l.si quis viduā in.x.col.in prin.ff. de q̄stio.in libello meo parue ipressionis qđ no.ad itelle ctum dicte pragmatice quia mil'ies occurret de facto.

Singulare. XXXIX.

MVlti sunt iudices sitientes sanguinem humanū potius quam iustitiā qui cupiētes haberi iusti cū non sint nolunt pronunciare aliquem esse torquē dum quia sciūt ab ista pronunciatione cum ꝑ eam infe ratur preiudicium inreparabile in obtentu a diffinitiua posse appellari & appellationem debere admitti. sed vt euitent dictam appellationem procedunt ad torturā il la precedēte pronūciatione putātes huiusmodi processū ad torturam habere vim tacite pronūciationis. Sed ego dico tibi ꝙ malefaciunt. Nam debēt ꝓnunciare expresse aliquem esse torquendū ita elegāter Bar.in consi.suo in cip.punctos questionis &c.vbi dicit ꝙ data etiam copia inditiorum non potest procedi ad dationem torture nisi primo pronuncietur per iudicem deueniendū esse ad tor turam,quod dictum refert & sequitur domi.Fran.bru. in suo tractatu de indi. & tortu.in.ix.car.iiii.col. vbi etiā subdit:ꝙ si fiat pronunciatio indicis:ꝙ deueniendū sit ad torturam ꝙ a tali pronunciatione,licet sit interlo cutoria poterit appellari per ipsum reum:cum contineat

et dixi grauamen inreparabile alleg. Bar. & alios in.l. u. ff. de appel. recip. & Bal. in. l. ii. C. de epi. aud. de quo etiam per Gandi. in tractatu suo maleficiorum sub rubrica de questio. & torm. in quarta colū. versi. sed quid de questione de facto Et ꝙ debeat admitti appellatio: ego alego tibi. c. regni incip. si iuste quis appellauerit sub rubrica ꝙ receptatur appellatio a tormentis, quod. c. omnes iudices regni deberent pre oculis habere: dicit enim appellationem a tormentis interpositam debere admitti, & iudicem non admittentem accerrime insequitur vide ibi, & no. in actu practico ne erres.

Singulare. XL.

QVod nunc dicam & ille conuenire videtur quod supra. in. xxv. sing. in medium adduximus, ibi enim tenuimus singulariter, domesticos in causa crimi-nali ad meam defensionem productos plenam fidem facere: nunc & illud non incongrue subiiciendum arbitramur sui inquisitus de homicidio: fassus sum me illud commisisse: sed ad meam necessariam defensionē, datur mihi ad id probandum terminus competens produco duos fratres meos: quid deponunt de dicta mea necessaria defensione, quero abste nunquid plene probent? videtur ꝙ non propter dictum Specu. in titu. de teste. §. i. versi. sed nunquid frater & Bart. in. l. qui testamento. ff. de testamen. vbi dicit, ꝙ licet frater sit idoneus testis pro fratre, tamen minor fides ei adhibetur quam alteri testi idoneo per. l. iii. i. respon. ff. de testi. in contrarium est veritas dictum est Bal. valde solemne in. l. parentes. in princi. C. de testi. vbi dicit ꝙ si dictum fratris prodest fratri, & minime nocet alicui vt cum purgat fratrē de heresi, tenet eius testimonium ita dicit esse. tex. no. in. c. literas. de presump. per quem infert ꝙ frater potest producere fratrem in testimonium contra fiscum ad

probādum q fecit homicidium ad sui defensionem nec per hoc dicitur nocere fisco qui tractat de penali & odio so lucro cum alterius iactura: refert & sequitur domi. Feli.in.d.c. literas.in penultima columna.in principio ibi.quintus casus,quod notatur quia millies poterit tibi inseruire in facto.

Singulare. XLI.

MVltum interest an causa sit criminalis vel ciuilis quia primo casu nō interuenit procurator regulariter.l.penul.§.ad crimen.ff.de publi.iudi.i secūdo sic.l.i.§.vsus cū vulga.ff.de procu.nos habemus cōstitutionē regni varietates penarū,sub rubrica de cōsideratione iniurie tēporis & persona per quā agēs iniuriarū consequitur vnam partem:fiscus vero duas, ego quero abste nunquid ista causa respectu duarū partium applicandarum fisco:sit criminalis, quilibet diceret q sic vt colligitur ex verbis Bal.in.l.i.in.iiii.col.C.de iudi. sed ego dico tibi quod inspecto iure communi est mixta fm Anto.de butr.in rubrica.extra de iudi.vt est tex.& ibi no.in.c.tue.extra de pcura.maxime p Immo. si mixta ergo interuenit procuratorum,vt in.d.c.tue.sed i regno inspecta dicta constitutione est ciuilis glo.est vnica.& singu.in.d.cōstitutione in glo.i.in fine.ibi sequens constitutio loquitur quā glo.ego alias allegaui i cōtigētia facti in causa in qua fuerant facte multe allegationes pro: & cōtra:an in terminis dicte cōstitutionis esset causa criminalis,vel ciuilis:vnde no.& māda memorie perpetuo.

Singulare. XLII.

MVltotiēs in precedentibus singularibus meminimus q in regno mulieres iure longobardo viuentes nō possunt cōtrahere absq; presentia mūdualdorū:quero abste nūqd absq; illis possūt facere donationē causa mortis, Tu diceres q sic,nā videtur accedere te

ftamento: & teftamentum non debet dependere ab alie no arbitrio tene contrarium: nam non poterunt donare causa mortis sine mundualdis ita in cõtingētia facti pul chre consuluit Petr. de ancha. in consi. suo. ccclx vi. incip. In Christi nomine dubium in hac questione facit ruptu ra & ratio decisionis est; quia magis accidit contractui quam vltime voluntati vt est glo. no. & ibi Barto. in. l. ii. in prin. in versi. legatum. ff. de dote preleg. quod no.

Singulare. XLIII.

STantibus predictis ꝙ mulieres iure lõgobardo vi- uentes nõ possint sine mundualdis contrahere: que ro abste nunquid hermafrodite possint: tu diceres ꝙ sic propter decisionem Bald. in. l. omnes populi. in. xi. colũ. ff. de iusti. & iur. vbi dicit ꝙ statutum requirens ali quid in contractu mulierum, non comprehendit perso- nam mixtam. s. hermafroditam, sed tu distingue: aut hermafroditus non magis preualet in sexu masculino, quã femmino, & ꝓcedit decisio. Bal. sed si magis preua let in sexu muliebri, & tunc requiritur id quod dicit sta tutum ita limitauit dictã decisionem Bal. & Pet. de an cha. in consi. suo. ccclxvi. per. l. queritur. ff. de statu. ho. quod est no. quia posset cõtingere de facto.

Singulare. XLIIII.

VVlnerasti titiũ & ex vulneribus mortuus est, inqui reris de homicidio, excipis ꝙ nõ animo interficien di, sed vulnerãdi tãtum hoc fecisti, an sis audiẽdus dicas ꝙ sic: & ꝙ plus est animus ꝙ vulnerasti animo nõ occidẽdi sed vulnerandi probatur per tuum iuramẽtum glo. est not. in. l. i. in versiculo nõ occidẽdi animo. C. ad. l. corne. de sicca. quam valde singu. reputat Ludo. Ro- ma. in. l. in illa. in penultima columna. ff. de verborũ ob ligatiõe, refert ⁊ sequtur domi. Iaso. in. §. sed iste. i. xxiiii. colũ. insti. de actio. quod no. q̃a sic poteris euadere penã

mortis: & subire penã mutilationis manus p cõstitutionem regni: si quis aliquem sub rubrica de pcussione illicita cũ armis que nõ obstat dñ dicit ita ꝙ pcussus ex pcussione ipsa minime moriatur. ergo secus si moriatur vt in casu proposito quia ad illã cõstitutionem respõdetur, nisi animum suum proprio iuramento probauerit, vt supra teneas fixum cordi: & maxime ad intellectum dicte constitutionis: si quis aliquem.

Singulare. XLV.

PEr omnia fere municipia sunt statuta: ꝙ credatur iuramẽto damnum passi quero abste nunquid indistincte stabitur tali iuramento, dicas ꝙ non, sed ita demum si sit alias bone fame. Si autem esset infamis infamia facti, nõ haberet fidem, ita Ang. in. l. qui iudicio. ff. de accusa. vbi dicit ita fuisse iudicatum, & determinatum: dum hec questio occurisset de facto: pro quo facit quod pulchre voluit Bald. in repe. l. cũctos populos. C. de sum. tri. & fid. catho. in. xli. col. versi. quintum exemplum, statutum permittebat &c. vbi voluit no. ꝙ statutum disponẽs: ꝙ credatur libro mercatoris: intelligitur nisi talis mercator sit infamis, quo casu etiam nõ obstãte iuramẽto: nõ tamen creditur libro suo; & hoc no. qa quotidie accidit de facto.

Singulare. XLVI.

QVedam mulier iure viuens longobardo fecit nõnullos cõtractus vsurarios absq; interuẽtu mũdualdorum: vocatur ad iudicium: cõuincitur de vsura: opponit, ꝙ nõ teneatur: ex quo in dictis cõtractibus vsurariis nõ interuenerũt mundualdi, queritur quid iuris: tu diceres, ꝙ nõ teneatur de vsura: quia dicti cõtractus fuerũt cõtra formã legis: ergo nulli. l. nõ dubium. C. de leg. & in regula: que contra ius. de regu. iur. lib. vi. in contrarium est veritas, nam ipsa mulier tenetur de vsu-

ra cõmissa in contractibus, nam potuit cõtrahere absq; mundualdis, quatenus alteri obligata fuisset: non aũt quatenus alter sibi obligatus fuit, vt ꝓbatur in. l. Iuliaꝰ nus. §. penul. ff. de actio. emp. facit. l. non eo minus. C. de procu. ita in specie consuluit Panor. in cõsi. suo. xxii. incip. in nomine Saluatoris eiusdem Matris Amẽ. in se cunda columna in primo volumine, et hoc no.

Singulare. XLVII.

TV scis quod causę per summum Pontificẽ nõ com mittuntur nisi habentibus dignitatẽ. c. statutũm §. sancimus de rescrip. lib. vi. modo summus Pon ti. cõmisit causã archiepiscopo Salernitano sub istis ver bis: venerabili fratri nostro archiepiscopo Salernitano Capue cõmoranti &c. Ego quero abste: nunquid possit cognoscere extra diocesim. Salernitanam: & sic Capue de huiusmodi causa, tu diceres quod non: quia ĩ dubio nõ videtur deputatus extra locũ sue diocesis: vel digni- tatis: vt in. d. c. statutũ. §. in nullo: in cõtrarium est veri- tas, qa illud nõ habet locũ, quãdo in literis est facta mẽ tio de residẽtia: vt in casu nostro: poterit ergo Capue co- gnoscere: casus est quẽ abbas. ibi ĩ primo no. dicit eẽ ꝑpe tuo no. & se nescire alibi i. c. fi. de re. ꝑmu. & adde Old. ĩ cõsi. cclxxxiii. vbi etiã dicit: quod Papa cõmittẽdo cau sam monacho: videtur secum dispensare: quod no. ad materiam. d. c. statutum. §. in nullo. Et manda hoc me morie: quia quotidie fiunt cõmissiones Episcopis alibi residentibus quam in diocesibus propriis. Nam si est fa cta mentio de residẽtie loco, poterãt ibi cognoscere, se cus si nõ. qa tunc solum in diocesi per. d. §. in nulla.

Singulare. XLVIII.

DEposui penes te regnicolam ducentos aureos. ne- gas mihi depositum volo illud probare per te- stes: nunquid possim, quilibet diceret quod sic

pid quod no.do.Anto.de Alex.in.l.i.C. de edē, adeo ꝙ dubitatur:an valeat pactū:qđ nō possit probari nisi p scripturā, de quo in auctē.iubemus.C.de iudi.& in auctē.vt si probi.cre.ma.§.quia vero.& per cano.in.c.ii. de proba.Sed caue tu regnicola:quia hodie in regno depositum vltra libram auri nō potest probari nisi p publicum instrumentum, vt in consti.regni, que incip.In causa depositi sub rubrica de causa depositi refert & sequitur idem Anto. de Alex. in.d.l.i. i tertia col. in prin. ꝙ no.tu regnicola in regno, quando casus occurret.

Singulare. XLIX.

Retento supradicto themate, ꝙ instrumento publico debeat probari depositum vltra libram auri: ego quero abste, nunquid sit dare cautelam, quod possit probari per testes: dicas quod sic: nam loco instrumenti publici poterit fieri probatio per quinqꝫ, testes, & erit plena: & valida pbatio, istud fuit sing. dictū Cy.in.l.optima.C.de cōtrahen.& cōmit.stip.quod no. ad dictā constitutionem regni in causa depositi, & ade ad hec Hypo.de marsi.in sing.suo.clvii.incip.volo te docere sing.verbum. Singulare. L.

TV regnicola fecisti per notarium exemplari instrumentum alterius notarii:si in huiusmodi exemplatione non fecisti partem citari:quero abste:nunquid hoc exemplum probet communis est cōclusio omnium fere docto. quod nō in auctē.siquis ĩ aliquo documento.C.de eden. sed contrarium est verum in regno: dictum est sing.do.Anto.de Alex. in.d.auctē.siquis in aliquo in quarta col.in.fi.vbi dicit no. tu regnicola, qa hec ē ɔsuetudo antiqua ĩ magna curia vicarie ꝙ ista exēplātur & auctēticātur absqꝫ partis citatiōe & faciūt fidē qđ no.& tene mēti qa alias fuit dubitatū de hoc.

Singulare. LI.

QVero abste de eo: quod preteritis ante diebus fuit dubitatũ in cõtigentia facti: nunquid vxor posſit esse pcuratrix pro marito absente. Tu diceres quod sic, nã i simili habemus: q pōt esse pcuratrix isto casu absentie pro patre: vt est tex. no. in. l. femine. ff. de procu. in contrariũ est veritas, tex. est quẽ ibi do. Anto. de Alex. in fi. dicit esse perpetuo menti tenendum in. l. quia absente. C. de procura.

Singulare. LII.

SEmel accidit iste casus de facto, Reuerẽdissim9 Archiepiscopus amalfitanus, nolebat sibi ponere vicariũ, dicebat enim ego volo p me causas audire diocesani vero dicebãt cõtrarium. fuit super hoc cõsultus magnificus & excellẽs do. Iancola de vicariis, vir quidem in vtroq3 iure cõsumatissimus: qui pro sua solita benignitate: & singulari amore, quo me psequebatur: cõtulit mecũ de isto casu. cui ego statim allegaui dictũ vnicũ Abb. in. c. quoniam. de offi. ordi. vbi dixit, q cogi potest episcopus tenere vicariũ, refert ꝛ sequitur ibi do. Feli. dicẽs. ibi in. ii. col. se nescire alibi: & licet multa adducat ad impugnãdũ hoc dictũ, tamen in fine dicit. cogitabis pꝑter auctoritatẽ Abb. quod: no. qa sepe occurrit de facto.

Singulare. LIII.

QVotidie occurrit de facto iste casus, quem nũc subiciã: officiales nostri tpis tametsi nulla subsit iusta causa, vt lucrent̃ illas minimas sportulas cũ actuariis: cogũt subditos ad prestandam fideiussionam cautione de nõ offendẽdo. Et dum eis obiicitur, quod nõ subest iusta causa: respondẽt se facere hoc ex officio: quo casu dicunt non requiri aliquam causam, sed tunc demum cum hoc faciunt ad instantiam partis: sed ego dico. q non benefaciunt: nam siue moueantur ad instantiam partis, siue ex eo: debet subesse iusta causa: quia

grauare

grauare quē ad satisdādū sępe, laboriosum est.l.si.§.si dubitetur.ff de iudi.dictum est elegās Ioan.de Imo.in.l.ii.§.i.in.fin.ff.soluto matrimonio:reprobādo Dyn.q dixit,nō esse opus causę cognitione:quādo iudex mouetur ex officio,refert & sequitur do.Feli.ī rubrica de treuga & pace.in vlti.col.in prin.versu qui timet ibi prima declaratio quod no.quia sępe huiusmodi de facto, ꝛ iudices passim in hoc errant, vt dixi.

Singulare. LIIII.

STante regia nouella pragmatica incip.odia litium sub rubrica de compromissis inter cōiunctas personas,de qua meminimus etiam supra in.xxxviii.singu.ꝙ causę debeant compromitti vsq; ad quartum gradū consanguinitatis vel affinitatis inclusiue ſm ius ciuile computandū,si fuit causa compromissa & infra terminum nō fuit expedita,ego quero abste, nunquid sit iterum cōpromittēda vigore pragmaticę,tu diceres ꝙ nō, & ꝙ verificatur dicta pragmatica in prima vice,per.l.boues.§.hoc sermone.ff.de verbo.signi.tene contrariū, nā debet adhuc iterū compromitti,quia per primū cōpromissum nō est satisfactum mēti dictę pragmaticę,dictū est Bald.in.l.fideicommissa.§.si quis.x.ff.de lega.iii.inferens ad statutum de compromissis propinquorū, vt nō sit satisfactum statuto per primū compromissum:quod expirauit sed debet iterum cōpromitti cum adhuc vendicet sibi locum ratio dicti statuti,que est, vt lites finiantur & sic respōdet ad.§.hoc sermone refert & sequitur do.Feli.in.c.fi.in pen.col.circa mediū ibi fall. quinto de treuga & pace:quod no.ad intellectum dictę pragmaticę,quia quotidie euenit.

Singulare. LV.

QVidā fecit sibi testamētū de iure validū,tractu tēporis fecit sibi aliud testamētū;& i eo notarius ap

posuit illā clausulā, q̄ solet cōmuniter apponi, videlicet cassans: irritans & annullās omne aliud testamētū &c. euenit casus: ꝙ ex aliqua iusta causa istud vltimum non subsistebat de iure quero absq; nunqd primū testamētū remanet i suo robore. Tu diceres, ꝙ nō, nam illud fuit annullatū p dictā clausulā, cassans irritās &c. tene contrariū: dictū est Pau. de cast. in. l. sancimus. in fi. C. de testa. vbi dicit: ꝙ ista clausula irritās &c. habet tacitā conditionem, videlicet si illud aliud testamentum, i quo est ista clausula: est validum per illum tex. quē dicit singu. no. manda memorie: quia posset tibi inseruire de facto in re ardua.

Singulare. LVI.

PEr. l. sancimus. de iure congrui: siue prothemiseos, de qua meminimus supra in. xxxiiii. singu. vicinus admittitur ad fundū venditū habēdum soluto pretio: quero absq; si illa vēditio nō fuit valida, puta qa facta a muliere viuēte iure lōgobardo sine interuētu mundualdoi ū: nūquid vicinus admittatur: vel consanguineus vigore. d. l. sācimus, dicas quod nō: dictū est Pau. de cast. in cōsi. cccxvi. vbi dixit, quod statutū fauēs vicino super vēditiōe facta a vicino, eo inrequisito: intelligit de vēditione alias valida, pro quo facit quod dicit Bal. in. l. ii. i. ii. col. C. de iure emphi. ꝙ pena apposita a iure emphitheote alienāti irequisito, domino, itelligitur de alienatiōe alias valida. puta habēte cōsensum propinquorū requisitū a statuto, de quo exclamat Frā. de cre. no. cxii. incip statuto cauetur quod mulier, & pulchre Ias. in repe. l. fi. C. de iure emphi. no. ad intellectū. d. l. sancimus. in actu practico.

Singulare. LVII.

SCio in patria mea esse nonnullos: qui semper in publicis concionibus, & parlamentis solent suscitare

tumultum, contra quos sepius dixi, expellantur hi de publicis concionibus, parlamentis & consiliis: dictum est Bald.in.c.vt iuxta de offi.ordi.vbi no. arg. ex illo tex.pro ciuitatibus Tuscie,que de eorum parlamentis & consiliis publicis expellūt magnates, quia expellendi sunt hi, qui possunt generare tumultum, quod ipse ibi dicit esse valde no.

Singulare. LVIII.

IN regno potest i multis casibus procedi ex officio, de quibus in.c.ab illo inchoandum sub rubrica de inquisitionibus: & in.c.si temporum alternata conditio sub rubrica de non procedendo ex offi.nisi in certis casibus, & ad tempus, & in multis aliis. cap.quero ab ite: an in casu,in quo potest iudex ex officio procedere, possit non precedente fama, diceres φ sic: vigore dictorum capitulorum, in contrarium est veritas, etiam si in dictis capitulis diceretur,quod in dictis casibus libere possit procedi: quia adhuc intelligitur precedēte fama: tex. est in.c.i.de offi.ordi.in versi.libere: coniuncta glo.Ber. quod Bal.ibi.in.ii.col.in prin.dicit esse menti tenēdum & tu no.& manda memorie ad intellectum dictorum capitulorum Nam quando est permissa inquisitio. intelligitur precedente fama vt in.c.qualiter & quando secundo de accu.& hoc regulariter,nam sunt certi casus, in quibus preceditur non procedente fama, quos non intendo prosequi nunc.

Singulare. LIX.

POne φ mulier, que iure viuens longobardo nō adhibuit mūdualdos in cōtractu,prout debebat, sed iurauit tātū:nunqd huiusmodi iuramētū validet contractū,nec ne, Tu diceres quod nō per id qđ tenet Bar. in.l.si quis pro eo.ff.de fideiuss.vbi dicit, φ si minor prohibetur cōtrahere sine certa solēnitate nō valet cōtract⁹

postposita solēnitate, etiam si interuenit iuramentum, mouetur quia peccat transgrediēdo prohibitionē superioris: & sic nulla debet oriri obligatio, in cōtrariū est veritas, ita domi. abb. in. c. ad apostolicā in. ii. col. i princi. & in tertia in fi de regula. & transeun. ad relig. & dicit i contrariū facere aperte illā literā in. d. c. ad apostolicam iuncto. c. consaldus. xvii. q. ii. inducēdo, vt ibi p eū, quod dicit esse menti tenēdum, ideo not. quia quotidie posset occurrere de facto, vide tamen Feli. mordentem domi. abb. in. c. si diligenti in secunda columna: ibi fm correlarium extra de foro competenti.

Singulare. LX.

VOlo tibi adducere vnum casum, in quo nō spoliatus potest petere restitutionē: & accidit iste casus quotidie: maxime in quibusdā regionibus: quas honestatis causa nolo aliter nominare: in qbus cōiunges sunt multū faciles ad se adinuicē separandum: queritur nunquid nō obstāte huiusmodi separatione voluntaria, possit alter ex eis alterum repetere: etiā petēdo restitutionem, tu diceres: ꝙ nō ratione voluntarie separationis, tene cōtrarium: etiam si deuentū sit post illam separationē volūtariā ad aliud matrimoniū, tex. est quē ibi abb. in vlti. no. dicit tenendum semper mēti in. c. veniens, de regula. & transe. ad reli. Et pluries iste casus occurrit mihi dum essem Vicarius generalis apud Hydruentem, vbi sepius isti casus trāsmittebātur mihi a longe: vt consulerem super illis.

Singulare. LXI.

MVlte sunt differentie inter cōtractū emphitheoticum & censualem: de quibus plene per docto. in. c. constitutus. de religio. do. & inter alias est ista, quā ibi ponit bona glo. in versi. iuxta ratam, & ibi plene p abb. in penul. col. ꝙ in cōtractu cēsuali p nō solutionē

cẽsus nõ incidit res in cõmissum, ego quero abste: quid si ex cõtractu nõ appareat, an sit contractus emphiteoticus, vel cẽsualis: dicas ꝙ i dubio erit cẽsualis, sing. est verbum Albe. de rosa. in. l. ii. C de iure emphi. in. viii. col. in versi. quid de questione a me quesita per quẽdã priorẽ & ideo si cessauerit mille annis soluere: nõ poterit expelli, & ita dicit iudicasse ꝙ esset cẽsualis, alleg. no. per glo. & Inno. in. d. c. constitutus, quod no. in facto, & manda memorie perpetuo.

Singulare. LXII.

QVia in precedenti singu. facta est mẽtio de cõtractu emphitheotico, in quo tu habes ꝙ per nõ solutum canonẽ infra terminum a iure statutũ res incidit in cõmissum: pone ꝙ elapsus est terminus iste & nõ fuit solutus canon, siue census debitus propter paupertatẽ & necessitatẽ emphitheote, qui iurauit soluere in tẽpore, nunquid sit periurus: & ceciderit a iure suo: tu diceres ꝙ sic, nam nõ soluit in tẽpore, & dies statutũ interpellat pro hoĩe. c. potuit. extra locati & est periurus, qa nõ seruauit ius iurãdũ. l. si quis maior. C. de trãsactio. in cõtrariũ est veritas, nã si propter inopiam nõ soluit, non cadit a iure suo, neqꝫ est peiurus tex. & ibi Bal. in no. ĩ. c. querelã. extra de iure iur. vbi dicit ꝙ paupertas excusat a periurio: & ab ĩfamia, quod dicit esse bene no. & ibi etiã dicit in finalibus verbis, ꝙ vbi in tali cõtractu esset appositum iuramẽtũ: nõ subintelligitur ista clausula si nõ soluerit. ĩfra biennium, quia ẽt ante lapsum bieñi incidit in periuriũ & incõmissum propter non solutum canonem tene menti predicta in contingentia facti.

Singulare. LXIII.

SEpe cõtingit de facto: ꝙ aliquis deponit penes titiũ aliquam pecuniarũ quantitatem: & secutus fidem illius non aduertit ad testes: qui ibi reperiũtur: cũ autem

tractu temporis petitur depositum, depositarius illud i ficiatur, deponens vero scit deposuisse in presentia testiũ tamẽ eorum nõ recordatur, testes illi ob aliquem respectum, quem habent forte ad depositarium nolunt se ingerere, & dicere deponenti: nos sumus testes illius depositi. Q uero abste: quomodo succurratur illi deponenti. Respõdeo adeat episcopum loci: vt eo auctore fiat generale preceptum sub excõmunicatiõis pena, vt qui super tali facto nouerint veritatem compareant ad testimonium proferendum, istam bonam practicã docet Abb. per illum tex. in. c. ad nostram secundo in no. extra de iureiuran. & ibi etiã dicit: ꝙ hec practica procedit ẽt cõtra laicos: fundamentum est istud: quia tacere veritatem est peccatũ mortale vt in. c. quisquis. xi. q. iii. & in. c. i. de crimi. fal. & ratione peccati quilibet est de foro eccle. c. nouit de iudi. quam practicam dicit Abb. in. d. c. ad nostram tene menti.

Singulare. LXIIII.

TV habes Regni constitutionem, si quis aliquem, sub rubrica de percussio: illicita cum armis ꝙ percutiens aliquem cum armis prohibitis: si percussus ex pcussione illa minime moriatur, debet manũ, cũ qua pcusiit amittere, sed pone: ꝙ talis pcussor alias cõsueuit facere istas pcussiones: nunquid iudex possit eum decapitare in Regno pro percussione nouissime facta, tu diceres: ꝙ nõ propter dictã cõstitutionẽ, si quis aliquẽ que inducit ammissionẽ manus, tene cõtrariũ: nã propter cõsuetudinẽ hmõi delicti poterit cõdẽnari ad mortẽ capitalẽ: dictũ est elegãs Ang. de peru. in additio ad Bar. in. l. vnica. C. de super exactio. lib. x. in fortioribus terminis, vbi sing. & mirabiliter dicit, ꝙ cõmitens crimen pro quo venit ipo iẽda pena pecuniaria, si est consuetus tale crimẽ cõmittere, poterit puniri capitaliter, qđ dictũ ego

tibi applico ad aliam cõstitutionẽ Regni que incip. aspe
ritatem: sub rubrica de pena eius: qui cõtra aliquem tan
tũ arma extraxerit vbi extrahens tantũ arma cõtra ali-
quem tenetur ad duplicatã penam delationis armorũ:
nam si talis est solitus contra aliquos tantum arma ex-
trahere, poterit decapitari, & tamẽ pena erit pecuniaria,
mãda memorie hoc dictum Angeli ad exsculationẽ iu-
dicum & assessorũ quod ipse dicit esse menti tenẽdũ in
preall. loco per illum text. in. d. l. vnica in verbo persecue-
ret, pro quo alle. ẽt tex. in. l. omnes. §. delatores. C. de de
latoribus: nota in actu practico.

Singulare. LXV.

PEr regiam nouellam pragmaticam incip. odia li-
tiũ, de qua meminimus supra in. liiii. & i. xxxviii.
sing arbitri nõ expediẽtes causam eis compromis
sam infra terminum: de quo ibi: tenẽtur ad certã penã i
ea contẽtam, quero abste: si dicti arbitri infra dictũ ter-
minum absoluũt partes ab instãtia iudicii, an videãtur
terminasse causam dicas ꝙ non. tex. est in. l. generali. C.
de decurio. lib. x. & ibi est bona additio ad lecturã Bar.
que hoc ẽt dicit. Nam per absolutionẽ ab obseruatione
iudicii nõ terminatur causa: licet instãtia perimatur no.
ad intellectum dicte pragmatice & manda memorie.

Singulare. LXVI.

VVlgata est extrauagãs Pauli veneti Põtificis max.
incip. Ambitiose cupiditati sub rubrica de reb. ec
cle. nõ alie. que prohibet alienatione, hypothecã:
cõcessionẽ, locationẽ & conductionẽ rerum ecclesiastica-
rum vltra triennium, quero abste de vno casu, de quo se-
pius interrogaberis, maxime ab istis prelatis & abbati-
bus ac commendatariis nostri tempor's: quia occurrit
quotidie de facto, prelatus locat rem ecclesie ad trienniũ
certe ista non est alienatio: postea quando sunt lapsi

tres anni: iste cōductor facit sibi relocare ad alios tres annos inchoaturos a die finite prime locationis, nunquid valeat: dicas ꝙ nō: quia videt̃ talis relocatio esse facta in fraudē dict extrauagātis, sing. est decisio. Cardi. zaba. in.de.i.§.fi.in pen.q.de reb.ecc.nō alie.referūt & sequūt̃ moder. papieñ.i.l. manumissiões i.ii.col.ff.de iusti.& iur. vbi multa alia bona adducunt ad istam materiam: mā da memorie, quia vt dixi: quotidie occurrit, & adde Feli.in.c.que in ecclesiarū.xxx.col.in prin.de cōsti.

Singulare. LXVII.

IN patria mea sunt aliqui cōcubinarii, ego quero nun quid possint p iudicē secularē cōpelli ad illas dimittē das cōcubinas: tu diceres ꝙ nō: nam istud crimē concubinatus hodie est effectum de iure ecclesiastico: vt plene per do.abb.in.c.cū sit generale de foro compe.tene contrarium ꝙ etiam iudex secularis hoc potest, tex.est in.l.iustitia ibi honeste viuere.ff.de iusti & iur. per que verba refert Albe.ibi ꝙ Mart.de fano: dum esset potestas in ciuitate romandiole: & quidam nobilis habens vxorem teneret ēt concubinam, compulit eum per illam.l. vt concubinā dimitteret, & honeste viueret pro ut ius precipit. Et ad hoc propositum honestatis dicit ēt Pau.de cast.in.l.nullus per illum tex.C.de sum.tri. ꝙ si sit meretrix: que vellet venire ad habitandum in aliqua ciuitate in vicinia aliqua, vicini possent eum repellere: ne alias inficiat. facit.l. minime.C de episco. aud.no in actu practico.

Singulare. LXVIII.

SVpra in.xxvi.&.xxxvi. sing. fuit adducta cōstitutio regni, in aliquibus de successio.filio.comi. vel baro. per quā extātibus masculis: filia femina nō succedit, sed maritatur de proprio, ego quero abste nūquid ista femina sic maritata succedat i iure patronat⁹: ecclesiastico

cōpetēti hereditati cum fratribus suis: vel quibus libet aliis heredibus extraneis institutis: tene ꝙ nō sing. est decisio do. Sthepha. de caeta de Neapoli i repetitio. c. quoniā. in. xxviii. colūna de electio. libro. vi. i quo tractauit materiā iuris patronatus: vbi dicit notandū esse in hoc Regno in baronibus & ciuitate Neapolis vbi masculi succedūt: & sic femine tūc nō presentat, vbi etiā videtur hoc limitare: nisi per recepisset hoc ius patronatus pro se & filiis, quia tunc veniret ista femina ex persona sua: q̄ntumcunq; nō sit heres: quod ego latius firmaui: dum legerem Salerni. in. c. i. de iurepatro. Nota i Regno & mā da memorie, quia sepe occurrit de facto.

Singulare. LXIX.

REgia nouella pragmatica incipiens dubitationē circa dilationē petitam sub rubrica de termino citandi actorē in causa Reali, vult auctorem posse laudari: quod est conforme cū dispositione iuris cōmunis: vt in. l. i. C. vbi in rem actio. & in. l. vēditor. ff. de iudi. & in. c. si vēditori extra de emp. & vēdi. Q uero abste in terminis dicte pragmatice, si auctor laudatus est clericus, & promisit in instrumēto iurato de euictione, & suscipere in se iudiciū, & facere ipsum emptorē victorē &c. nūquid iste clericus possit sic laudatus in iudicio seculari opponere declinatoriā fori: tu diceres ꝙ nō ꝓpter glo. not. in. c. clericus. nullū. xi. q. i. que bene intellecta tenet, quod ipse clericus tenetur defendere rē vēditā laico in foro seculari: & hoc tenet abb. in. d. c. si venditori. in. ii. col. circa mediū ibi sed est dubium no. quod ꝓbat ratione, iudicium est instructū cōtra emptorē tanquā possessorē, sed vēditor venit solū ad assistēdū emptori ⁊ defendēdū eū, vt i. d. l. i. C. vbi i rē actio. vnde iudiciū īstitutū cōtra emptorē nō trāsfertur in vēditorē. d. l. vēditor. Et ista cōclusio firmari & ꝓbari videtur i dicta regia pragmatica

vbi in omnē euentum iudiciū nō transfertur in psonam laudatam siue auctor laudatus sit presens: siue cōtrariū est veritas, & in terminis questionis nostre cōtrarium decidit Ang. in d. l. vēditor. vbi dicit: quod quamuis ipse auctor laudatus sit defensor tantum, non reus tamē vt defensor poterit opponere declinatoriam ex psona sua: quia est clericus, & sic dicit limitari illā. l. &. d. l. i. C. vbi in rem actio. que illi cōcordat: vt ibi latius per eū. vnde dato, quod regia pragmatica videatur innuere ipsum reum debere substinere iudicium, tamē clericus potest declinare dictū forum seculare ex persona sua: vt per Ang. etiam in d. l. venditor. & quando hoc non sufficeret i terminis questionis nostre, deberet sufficere illud: quod promisit ipse clericus. s. de suscipiendo iudicium in se, quo casu erit reus, & sic poterit declinare forum seculare, qd abb. in prealleg. loco. nō diffitetur immo expresse hoc tenet per rationes: quas adducit, ad quod facit dicta pragmatica in quātū vult actorē laudatū debere obseruare omnia que promisit in instrumētō: manda memorie: qa quotidie occurrit de facto, & hic habes hunc punctum bene examinatum ad intellectum dicte regie pragmatice.

Singulare. LXX.

QVia regia nouella pragmatica odia litium, de qua meminimus supra in. xxxviii. & liiii singu. vult inter consanguineos & affines vsq; ad quartū gradum debere causas compromitti, ego quero abste si titius vēdidit mihi fundū, & promisit de euictione vt fit, mouetur mihi questio per sempronium supradicto fundo: laudo titiū i auctorem meum: qui est cōsanguineus cum actore sempronio cōparet titius auctor laudatus, & petit causam huiusmodi compromitti vigore pragmatice, nūqd causa debeat cōpromitti, dicas q nō, ita singu.

Bar.in.l.procurator ad exhibendum.§.i.ff. rem ratam habe. & post eum Ang.in.l.venditor,in.ii.col.in prin. ff.de iudi.ratio est,quia sic mutaretur indicium, & persona iudicis,quod no.quia quotidie euenit.

Singulare. LXXI.

MEminimus supra ĩ x.&.xxvii. sing. cõstitutionis Regni penam horum de forbannitis & foriudicatis,que permitti forbãnitum & foriudicatum posse impune offendi,pone ꝙ aliquis ex priuato odio, si ueinimicitia interfecit semproniuum bãnitũ & foriudicatũ deinde iste ĩterfector producitur in testẽ in aliqua causa maxime criminali,vel ciuili ardua:quero abste: nunqd possit repulsari tãquã ĩfamis ĩfamia facti, tu diceres ꝙ sic p id qđ tenet Bal.ĩ.l.decuriones.C.de ĩfami. vbi dicit stãte statuto,ꝙ homicida nõ possit esse de prionb⁹, si aliquis occidit bannitũ non ex officii necessitate,sed ex priuata inimicitia non potest esse de numero priorũ: & est infamis infamia facti quia licet homicidium sit tollerabile,nõ tamen est laudabile:secus in iudice,cum faciat pro executione iustitie,in contrariũ est veritas in terminis dicte constitutionis, que apponit verbum impune: quod enim impune fit, maleficium nõ est ẽm Bal.in.d. loco.per.l.is qui aggressorem.C.ad.l.cor.de sica.ibi nullam calumniam metuendam,quibus verbis vtitur etiã dicta cõstitutio dum dicit nullam proinde calumniam vereatur:& hoc dictum sequitur domi.Ioan.de ana. in .c.si perfodiens in quarta col.de homi. que omnia refert,& sequitur do.Feli.in.c.que in ecclesiarum.de cõstitu.i.v.col.in prin.& dicit esse no. ad itelectũ dicti statuti:& tu no.ad intellectũ dicte cõstitutionis.

Singulare. LXXII.

QVia supra in.lxvi.sing.fuit facta mentio de extrauaganti Pauli põtificis max.incip. ambitiose

cupiditati de re.eccle non alie.que vulgo solet Paulina nuncupari: per quã prohibetur etiam locatio rerũ ecclesiarũ vltra terminũ quero abste: nunquid nõ obstante illa prohibitione possit inueniri via & modus vt fiat locatio etiã ad longũ & longissimum tempus. Tu diceres ꝙ nõ, nam locatio vltra triẽnium videtur esse alienatio, & ideo prohibetur, vt ibi. Sed ego dico tibi: ꝙ si locator faceret locationem vltra triẽnium, & ad longum & longissimum tempus, & in dicta locatione sit expresse dictum: ꝙ nullum vtile dominium transferatur in conductorem, ꝙ isto modo talis locatio procederet etiam in term nis dicte extrauagantis. Nam ratio quare locatio prohibetur vltra triennium est, quia videtur esse alienatio quedam ista ratio cessat quando est dictum, ꝙ non transferatur vtile dominium. ita singu. declarat Bal. in .c. que in ecclesiarum de consti. & Imo. in .c. ad audiẽtiã de reb. ecc. non alie. cũ aliis alleg. per do. Feli. in .d. c. que in ecclesiarũ. xxx. col. ibi sexta declaratio: & ideo aduerte, vt apponi facias in instrumẽto locationis dicta verba & erit securus tam locator quam conductor & no. ad intellectum dicte extrauagantis.

Singulare. LXXIII.

Clericis laicos īfestos oppido traddit antiquitas dicit tex. ad literã in .c. clericis in prin. de immu. eccle. lib. vi quia quotidie faciunt noua statuta cõtra ecclesie immunitatem & ecclesiasticarum personarum, quero abste: quia si statuta ista sunt notoria, potest episcopus ea tollere. nunquid possit non citatis statuentibus, tu diceres ꝙ non per regu l. de vno quoqꝫ. ff. de re iud. & .l. nam ita diuus. ff. de adop. cum aliis vulg. & maxime quia etiam in notoriis requiritur citatio .c. ad nostrã. iii. de iure iuran. maxime per doct. tene contrariũ; nã põt illa tollere, ẽt nõ citatis statuẽtib⁹. ita sing.

dixit Archi.in.c.que lotharius prope finē.ii.q.i.refert & sequitur do.Feli.in.c.ecclesia sancte Marie.xl.ii. colū.in fi.de consti.vbi hoc corroborat multis aliis per eum allegatis: quod no.in fauorem ecclesie, & ecclesiasticarum personarum quando casus occurret.

Singulare. LXXIIII.

Singu.est.l.sub pretextu fm Bal.ibi.C.de transac.ꝙ transactio nō rescinditur pretextu instrumēti de nouo reperti, & idē dicimus in sententia, vt est tex.de iure canonico in.c.inter monasterium circa finē de re iud. & de iure ciuili i.l.sub specie.C.de re iudi.& in.l.imperatoris ff.eo & p Ias.in.d.l.sub pretextu.in.ii.col.ergo quero abste de rōne istius decisiōis dicas ꝙ duplex est ratio. Prima, quia p trāsactionē & sententiā est impositus finis liti: & ista ratio videtur poni in.d.c.iter monasteriū, vbi dicitur ꝙ pretextu instrumēti de nouo reperti nō debēt lites instaurari, & istam rationē reddiderūt Bal. & Sali. in.d.l.sub pretextu: vt ibi refert Ias.in prin.alia & secunda ratio est, quam assignat Bal.in.c.i.ad fi.extra de trāsa.p illum tex.quem ad hoc reputat no.dignū & mirabilē, qa facta trāsactione bona fide: omnia instrumēta & iura sunt ipso iure cassa & irrita, & ideo nō possunt transactionē infringere: & ille tex.in.d.c.i.de transa est melior, qui sit in iure fm Bal.in rubrica extra eo.in.ii.col.nisi instrumēta illa de nouo reperta fuissent subtracta per aduersarium vt per Bal.etiam.in.d.c.i.in vltimis verbis, quia poterunt produci, manda memorie.

Singulare. LXXV.

IN criminalibus solēt iudices Regnicole statim, & in primis citare ad īformādū: quo casu nō admittūt p curatorē quātūcūq; bene istructū, sed volunt ipsum principalē omnino: vt sic cōparēs psonaliter coniiciatur in carcerē, & sic faciāt pueri usquāuis cōtra illū citatū nō

apparcant inditia, ego q̃ro abſte: nũquid iſte ſic citatus, poſſit cõparere p procuratorem bene iſtructũ, & iformatũ, tu diceres ꝙ nõ, ſed principalis debet cõparere ad informãdũ, vt videat iudex quo vultu, qua trepidatione reſpõdeat: vt eſt vera cõcluſio Bart. qcquid alibi dixerit in. l. qui bona. §. ſi alieno in vlti. col. ff. de dam. infec. ſequuntur Ang. & Pau. de caſt. & plenius do. Alex. in. l. i pecuniariis. C. de procu. & idẽ Ang. in. l. ſi actor. ff. eo. tamẽ in cõtrariũ eſt veritas in caſu noſtro, in quo nõ ſunt ĩditia cõtra principalẽ ita no. Bald. i. l. ſeruũ quoq. §. publice. ff. de ꝓcura. idẽ Bal. & Albe. ⁊ do. Alex. & do. Iaſ. in. d. l. i pecuniariis, & ideo cõcludo: ꝙ nũquã iudex poſſet citare principalẽ, vt pſonaliter cõpareat niſi duobus cõcurrẽtibꝰ, quod ſint inditia cõtra eũ & quod ſit cauſa in qua poſſit deueniri ad torturã p ſuperius alleg. vnde cũ in regno nõ in omnibus cauſis criminalibus poſſit deueniri ad torturã: ſed i illis dumtaxat, de quibus habetur in. c. Regni. incip. tormẽtis ſub rubrica de tormẽtis, nõ poterit iudex citare pſonaliter: & dato ꝙ citet, poterit ſic citatus cõparere per procuratarem bene iſtructum & informatum: niſi ſimus in caſibus in quibus poſſit deueniri ad torturã: & cõtra reũ extẽt inditia ſufficientia, quo caſu iſta cauſa etiam debet inſeri: in citatione, vt cõcludit Ioan. and. in. c. i. de iud. lib vi. & Bal i. l. i. §. vſus in fin. ff. de procu. Guid. de ſuza. & Cy. in. d. l. i pecuniariis: vbi dicũt, ꝙ in caſu i quo poteſt cogi aliquis vt cõpareat pſonaliter debet inſeri cauſa in citatione, fundamẽtum eſt iſtud, nam indultum a iure beneficium. ſ. cõparẽdi per procuratorem nemini eſt auferendũ c. i. de iudi. lib. vi. niſi ex cauſa iuſta: iſta cauſa debet inſeri in citatione. Nec habet obſtare: ſi diceretur, ſi in citatione dicitur, ꝙ compareat: quia contra eum extant indicia, vt ſubiciatur queſtionibus ille citatus aufugeret: ad hoc

iure pateretur ille,contra quem deposuit,si verum esset: tex.est sing.in.l.i.post prin.in versi.qui ve falsum testimo nium.ff.ad.l.cor.de sicca.quē ad hoc reputat sing.Bal. in.c.i.§.iniuria:in vlti.col.de pace iura.fir.& ita per illum tex.tenet Bald.in.l.ii.C.de reb.cre.& in.l.præsbyteri in ii.col.C.de epi.& cle.& in.l.data opera in.x.col.C.qui accu nō poss.in.c.i.in prin.de pace tenen.Et ideo caueāt sibi tam testes q̄ eos producentes in causa criminali,quia aľs subirent aliam penam quam proditam per dictam regiam pragmaticam.

XVII Cautela pro illo,qui desiderat causam cōpromitti vigore pragmaticæ,sed denegaľ propter instrumētū liquidū,vt alleget illud esse simulatum.

SVpra in.x.cautela fecimus ad alium effectū mētionē regiæ pragmatice,odia litium:nunc adhuc de ea sumus verba facturi,contingit aliquādo ꝙ reus petit causam cōpromitti,quia affinis,vel cōiunctus: actor negat dicens,se habere instrumentū liquidum:quo casu nō habet locum cōpromissum,vt dicitur in fine dictæ pragmaticæ:cautela est,vt reus ipse dicat illud instrumentū simulatū:& sic habebit intentum suum,quia causa debet cōpromitti:& ratio est quia instrumētum simulatū est tāq̄ corpus sine spiritu:quia cōsensus est remotus ab actu:ita egregie inquit Bal.in.l.i.C.plus vale.quod agi.ideo tale instrumentū nō retinet amplius nomen instrumēti:ita no.Bald.in.l.precibus per illum tex.C.de probati.& in.l.fi.§.in cōputatione.C.de iur.delib.& in.l.fi nō fortem in prin.ff.de condi.inde.Io.de imo.in.l.fi.ff.a quibus appel non licet: & in comēto.c.cum contingat in.ii.membro extra de iureiurā. Et pendente isto dubio, debebit iste articulus compromitti: vt dixi supra in.vi.cautela propter glo.no.in.l.si quis in conscribendo.C.de pac. Et non poterit reiici; etiam si illud instrumentum ha

beret iuramentum: quia cõtractus simulatus est ipso iure nullus, & nõ firmatur iuramento, imo etiam iuramentum est nullum, glo. est singu. in. l. emptione: & ibi Bal. & alii. C. plus vale. quod agi, quam glo. ad hoc reputat sing. Panor. in. c. ad nostram in. vi. col. de emptio. & vẽdi. & in probatione istius simulationis procedetur per verisiles cõiecturas: sicut in dolo. l. dolũ. C. de do. ita cõsuluit Pau. de ca. ĩ cõsi. lxxxii. incip. Visis his quæ superius allegant in vi. col. & in consi. cccxxvi. incip. in cã mota.

XVIII Cautela contra illum, qui allegat se possedisse per longum tempus cum bona fide.

Trita est ista cõclusio, ꝙ possessor malefidei vllo vnquã tempore prescribit, vt in regula possessor de regu iur. in. vi. & in. c. fi. de prescri. & procedit ista conclusio in vtroq; foro, vt per doc. in dictis locis modo quidã possedit fundum tuum per longum tempus, & dum illũ rei vẽdicas, ille excepit de prescriptione longi tẽporis cũ bona fide cautela est, vt probes famam ꝙ ab illo tempore, quo ipse possedit, semp viguit, & adhuc viget fama ꝙ ille fundus spectat ad te. Et sic submouebis illum, ita Bal. in. l. si tutor. C. de peri. tuto. refert. & sequitur do. Feli. in. c. cum contingat in. ii. col. de rescrip.

XIX Cautela ꝓ illo q extra iudicialiter ꝯfessus ẽ, se aliqđ delictũ cõmisisse: vt reuocet talẽ cõfesionem.

Licet ex cõfessione extra iudicialiter facta de aliquo crimine nõ possit aliqs damnari regulariter: vt expsse sentit ibi glo. in. ii. & ibi omnes scribentes i. c. de hoc extra de simo. sicut nec etiam in ciuilibus, vt ꝑ glo. in. c. si cautio de fide istru. tñ ex tali extraiudiciali cõfessiõe põt quis poni ad torturã ẽm. Ro. de confes. Inno. abb. in. c. si quis de gradu, de purga. cano. Ange. in. l. i. vlti. col. de cõfes. & in. l. i. ff de cõfes. Bal. in. l. vnica. C. de confes. in vi. colũ. cum aliis: per domi. Feli. in. c. olim in. iii. col. cir

ca prin. de rescrip. Sed cautela est, vt reuocet postea talem cõfessionẽ in iudicio, & impedietur tortura, nec habet pbare errorẽ. istã cautelã docet Bal. in. d. l. vnica in penul. col. C. de cõfes. refert. & sequitur idẽ Feli. in. d. loco de q̃ etiã ego dixi ĩ singula meis singulari. xciiii. ĩcip. ĩ casu ppposito

XX Cautela pro illo, qui dixit sententiam nullam vt possit appellare etiam post. x. dies.

HAbuisti sententiam cõtra infra. x. dies ab ea nõ appelasti: sed dixisti eam nullam: anteq̃ pronunciaretur sup nullitate elapsa sunt tẽpora appellandi, succubuisti in nullitate, nũquid possis redire ad remediũ appellationis. Videtur q͡ nõ propter auctẽn. hodie. C. de appella. q̃ vult appellationẽ debere interponi infra. x. dies. In cõtrarium est veritas, nam in casu nostro nõ obstante lapsu decẽdii, potteris redire ad remedium appellationis ita Cy. Bal. & Pau. de ca. in. l. cõtra maiores. C. de. inoff. testa. & hoc si habuisti iustam credulitatem su p nullitate idem tenet Cy. Rayne. & Bal. in. l. qui testamẽto in prin. ff. de excusa. tuto. Raph. cum. in cõsi. suo. clxii. incipiente proponitur, q͡ a iudex. hoc intellige qñ intẽtasti cãm nullitatis seorsum ab appellatione, secus si simul sm Bal. in. d. l. qui testamẽto prout hodie cõmuniter fit, dum dicitur dico sentẽtiã nullam, & si qua est, dico eam iniustã, & ab ea tanq̃ iniusta appello, & ideo cautela est, vt qui habet iustam, credulitatem super nullitate intentet eam infra. x. dies seorsum ab appellatione, quia si postea succumbet in nullitate, poterit redire ad appellationẽ, etiã post lapsum decẽdii, nõ obstante auctẽn. hodie preall. Et ita alias ego iudicaui inter duos ciuitatis tursii: dum essem vicecancel. gñalis Anglonensis.

XXI Cautela pro clerico vẽditore defendẽte emptorẽ in causa euictiõis, vt declinet forũ laici, & trahat partẽ euincentem ad forum ecclesiasticum.

CLericus vẽdidit fundum sempronio, & promisit de euictione, vt fit: euincitur iste fundus a titio sempronius laudat clericũ in auctorem suũ iuxta regiam nouellã pragmaticã incip. dubitationẽ circa dilationẽ petitã sub rubrica de termino citãdi auctorẽ in causa reali: cautela est vt clericus sic comparens ad defendendũ emptorẽ in cã euictiõis declinet forũ laici ex psona sua: qa clericus, & trahat partẽ euincẽtem ad forũ ecclesiasticũ: vt p. Ang. in. l. venditor. ff. de iudiciis: & Specu. in tit. de priõ decreto. §. restat versi. quid si dñs, & versi. sequẽ. & do. Ab. in. c. qm̃ frequenter, vt lite nõ cõte. in. xxx. col. & Bal. in. l. vẽditor pre all. & vide in reptorio ad Feli. i versi. tertius versi. vi. in fi. & hec adde ad ea, quæ dixi in singularibus meis singulari. lxix. incipi. regia nouella pragmatica, vbi idẽ tenui, & hunc passum latissime examinaui.

XXII Cautela pro illo, qui dicturus cõtractũ vsurariũ iuratum obtinuit absolutionem a iuramento ab epõ, vt declinet forum secularem.

VOlens tu dicere cõtractum vsurarium, quẽ iuraueras cũ sempronio, qa obstat tibi exceptio periurii, accessisti ad epm & obtinuisti absolutionẽ a iuramento, vel habilationẽ nõ curo, velles adhuc, ꝙ causa ipsa principalis etiã ventiletur coram epõ, qui cõcessit absolutionẽ vel habilitationẽ: cautela est, vt cõuenias aduersariũ tuum corã dicto epõ, quia nõ poterit declinare forũ ecclesiasticum quantũcũqꝫ sit secularis: imo ipse episcopus, qui absoluit, vel habilitauit erit iudex sup cã pricipali, quia iudex cause preparantis erit iudex cause preparate. l. ordinarii. C. de rei vẽd. vbi Bal. in. i. col. dixit ꝙ si qs dicturus cõtractum vsurariũ petat absolutionẽ iuramẽti corã episcopo, & absolutus est acturus postea de simulatione: vel vsuris: necessario habet agere in eadẽ curia nõ i alia quia idem debet esse iudex ꝑparãtis, qui preparati. Refert: &

sequitur do.Feli.in.c.cum sit generale.in.iiii.col.circa finem ibi:amplia cõdusionẽ de foro compe.& in.c.super litteris in.x.col.ibi:an sua sit iurisditio de rescrip.

XXIII Cautela pro illo, qui emisit votũ eundi in hyerusalem, vt petat secum dispensari p episcopum.

Titius in egritudine, vel aliqua necessitate cõstitutus emisit votũ terre sancte: idest eundi in hyerusalem cautela est, vt petat secum dispensari p episcopum qui hoc potest, vt p glo.in versi.incũbit, & ibi do.Anto. & do.Ab.in.c.ex multa de voto, & voti redemp.idem dicit do.Anto.in.c.quod super his de fide instru.de omni alio voto peregrinationis: dũmodo episcopus dispensset p viã cõmutationis: vt p Specu.in titu.de leg.§.nunc ostẽdẽdũ versi.xxiiii.& p do.Anto.ĩ.c.quãto penul.col. extra de iureiurã.nisi ex iusta causa ĩ totũ tolleret obmissa cõmutatione: vt ibi p do.Ab.in.v.col.Et de his p sanctum Tho.in.iiii.sñiarum dist.xxxviii.q.i.ar.iii.& sa se.q.lxxxviii.ar.vlti.nõ obstat.d.c.ex multa, vbi videt̃ hoc spectare ad summum pontificem, quia p̃cedit quãdo votũ fuisset emissum pro succursu terre sancte: secus si causa peregrinationis tñ vt per doc.in dictis locis, & p Feli.in d.c.quod super his in prin.de fide instru. Quod nota: quia posset tibi facere magnum honorem, si interrogaberis de hoc.

XXIIII Cautela pro ciuitatibus & municipiis ad cõstitutionem regni: si damna clandestina.

Per dictam regni cõstitutionem, si damna clandestina: habes: q̃ vniuersitates puniuntur: vt ibi de homicidio clandestino cõmisso in territorio: sed ego p̃supposita validitate dicte cõstitutionis: trado tibi optimam cautelam: vt nõ teneantur: vt allegent illud homicidium nõ fuisse factum in territorio: sed extra territoriũ: & postea in illud illatum & hoc nõ tenẽtur probare, immo

curia debet hoc pbare p regulã.l.penul.§.docere.ff.ne quis eum qui in ius:p quam:regulam refert ibi Pau.de ca.Marti.silliniani determinasse,stãte statuto ꝙ villa teneatur de homicidio in ea cõmissa,ꝙ nõ sufficit si reperiatur corpus mortuũ in illa villa,quia posset eẽ,ꝙ ĩ alio loco fuisset mortuus,& postea in illam villã portatus,refert & sequit̃ do.Ias.in.d.§.docere in.i.col.in.ii.no.& ita cõsulendo tenuit etiã Philipp.dec.in cõsi.xxxvii.incip.Diuino implorato præsidio in.v.col.in.fi.in.i.vol.

XXV Cautela ad.c.p humani de homicidio.lib.vi.

VOs scitis penam proditam cõtra assassinos per.d.c.pro humani de homici.lib.vi.Modo fuit quidã ĩquisitus de assassinio.fuit probatũ assassinium p pbationes legitimas,vel pbabilia argumẽta,vt ibi dicitur,tamẽ nõ fuit pbatum:ꝙ offensus erat christianus,cautela,est vt allegetur illum nõ fuisse christianũ,quod statim pbatur:si contrariũ nõ pbatur:cum nemo nascatur christianus,imo qlibet nascatur infidelis & christianus fit p baptismũ:vt p totũ ti.de baptismo,& eius effectu,& tex.ille requirit,ꝙ offensus fuerit christianus,dũ dicit quempiam christianorũ,& sic venit absoluendus.Et ita determinaui semel in facto cuiusdam.d.Antonii fontanelli de ciuitate litii impetiti de assassinio:cũ essem vicarius generalis apud hydruentẽ p id:quod no.vult Io.an.in.d.c.pro humani i nouella,vbi refert se euasisse quendã p̃latum a pena imposita de iure p̃lato faciẽti assassinare christianũ,vt ibi est tex.nam fuerat plene pbatum p testes,ꝙ iste p̃latus fecerat assassinare vnum,tamẽ quia nõ fuerat pbata qualitas.s.ꝙ esset christianus fuit absolutus,quia poterat esse vnus iudeus,vł aliter fidelis:idem tenet Bal.in.l.si quis nõ dicam rapere i.iii.col.C.de epi.& cler.do.Alex.in consi.cccxiii.incip.visis & oportune discussus in.ii.col.& in consi.ccclxv.icip.

viso processu inquisitionis formate cõtra peregrinum, & & in cõsi.ccclxvi.incip.viso processu inquisitionis formate contra Antonium in.ix.col.& in consi.cccxlvii. incip.viso processu cause vertẽtis inter vniuer.in.vi.col. licet aliter videatur referre do.Feli.ĩ.c.inquisitionis in.ii. col. in prin. de accusa. refert: & sequitur etiam do.Ias. i.l.penul.§.docere.ff.ne quis eũ q in ius, quod no.

XXVI Cautela cõtra cautelam Bartholomei cepol. ad.l.plerisq; de in ius vocando.

DAt cautelam Bartholomeus cepolla ad dictã.l. plerisq;.ff.de in ius vocãdo, vt fiat preceptũ debitori, qui stat in domo, vel nõ vult exire, q cõpareat coram iudice sub pena.v.vel.vi.librarũ applicãda fisco, nam si cõparere neglexerit poterit capi per ea: quæ ibi dicit, quã cautelã in fine extẽdit: & si existens in domo vellet mittere procuratorẽ, quia cõtra istud remedium alii gnat ibi aliã cautelã videlicet, q citet eum: vt psonaliter cõpareat, & nõ p procuratorem, quia vult secum loqui, vt ibi p eum: sed cautela est: vt sic citatus psonaliter non compareat: sed mittat procuratorem, nam debebit admitti, nõ obstat id quod dicit Cepolla, quia illa practica procedit in causis criminalibus: non in ciuilibus, vt in casu, de quo loquimur, imo nec in criminalibus procedit illa practica, nisi quando sunt iditia cõtra reum ẽm Bal.& do.Alex.in.l.fi.C.de procu.& Bal.in.l. seruum quoq;.§.publice.ff.de procura.Pet.de anch.in.c.i.de iudi.lib.vi. Preterea pcederet solũ: ĩ criminalibus, i qbus posset esse locus torture ẽm do. Alexã.in.d.l fi cũ autẽ hodie in regno nõ posset in hoc casu deueniri ad torturam: vt in.c.tormẽtis sub rubrica de tormentis, igitur pro tali causa non poterit vocari, quia vult secum loqui, sed poterit mittere procuratorem, & non extrahi iuitus de domo per.d.l.plerisq;, faciunt circa istam citationem,

& vocationē pſonalem ea: quæ copioſe dixi in ſingulari/ribus meis ſingulari.lxxv.incip.in criminalibus ſolēt iu dices regnicolæ. Et predictā cautelam, quā ego pono, re fert, ſequitur, & ſentit expreſſe do. Iaſ.in.d.l.pleriq; i.iiii. col.circa finem, quam no.in actu practico.

XXVII Cautela pro creditore, qui fecit capi debito rem ſuum extra domū qui poſtea aufugit in domū, qa poterit extrahi inuitus.

HIc applico tibi vnam cautelam ad materiam prece dentis cautele, habebā debitorem in centum: feci eum capi extra domū: qui poſtea aufugit in domū ſuam. Q uero nunquid poſſit ab ea extrahi inuitus, vi/detur ꝙ nō p.l.pleriq;.ff.de in ius voc. quia domus ſua, cuiq; tutiſſimū debet eſſe refugiū. In cōtrariū eſt veritas & hoc ratiōe initii: & ideo cautela eſt, vt creditor iſto ca/ſu petat a iudice eum extrahi inuitum a domo, quia de bet audiri, ita in indiuiduo decidit Bal.in.l. cunctos po pulos circa medium. C.de ſumma trini. & iſta eſt vera cautela: & vide quod dixi in precedenti.

XXVIII Cautela pro deprehenſis in adulterio.

SEmpronius & Berta fuerunt deprehēſi in adulterio, ſiue de illo fuerunt legitime cōfeſſi & conuicti p iudi cem ſecularem: facta cōcluſione in cauſa, cautela eſt, vt aduocatus iſtorum alleget eos debere abſolui, quia nō fuit probatum matrimonium: nam nō dicitur adul/terium, niſi vbi eſt matrimoniū ſm Bal.in.l.ita demū. C.de procura.ad finē, facit quod no, Bar.in.l.ſi cui.§.i. de lega.i.quod.notat ad materiam conſtitutionis regni: legum aſperitate de adulter.& lenoci.

XXIX Cautela pro priuato detinente aliquem de perſona ſeu eius bona.

CONtra priuatos detinẽtes aliquẽ de ꝑsona seu eius bona est ꝑdita capitalis sentẽtia p.c.regni cõtra as frenatas sub rubrica ne qs auctoritate ꝓpria capiat aliquẽ:nec eius bona:sed cautela est,vt qui ĩpetitur de priuato carcere:seu detẽtione bonorũ alicuius alleget se credidisse illũ fuisse bãnitũ & foriudicatũ; & sic ei licuisse. Nã q potest impune offendi p cõstitutionẽ regni penã horum de forbani & foriudi.potest impune detineri in carcere ſm Bal.in.l.i.de priua.carce.& creditur iuramento suo,ꝙ crediderit illum fuisse bãnitum : & foriudicatũ, vt est glo.no.in versi.nõ occidendi animo i.l.i.C.ad leg. cor.de sica.& facit ad hoc vltimũ,quod dixi supra ĩ prima cautela in fine & in singularibus meis singulari. xliiii.incip.vulnerasti titium. Et sic adiuuabis amicum tuum, ne capitali pena plectatur iuxta.d.c.regni contra effrenatas,sed caueat ne periurium committat:quia deum haberet vltorem.

XXX Cautela pro rustico ad pragmaticam quinta die de positionibus, articulis,& responsionibus super eis.

PEr regiam nouellam pragmaticam quinta die de positionibus,articulis & responsionibus super eis habemus,ꝙ principalis debet respondere sup positionibus sine presentia procuratoris, vel aduocati. Sed cautela est: vt si quis desiderat in sua depositione presentiam procuratoris vel aduocati sui alleget, se rusticum simplicem & idiotam, quia tunc debet adhiberi talis presentia procuratoris, vel aduocati: nam posset decipi in sua responsione: alleg. no. per Host. in.c.dilecti de iudi. vbi hoc tenet expresse, facit.c. pastoralis.eo.ti. quod sequitur Io. de imo. & doc. in

d.c.dilecti, & videtur velle Inno. & doc. in. d. c. pastoralis, & refert etiam Bal. in. l. iii. C. de iura. calum. in principi. & vide Abba. in. d. c. pastoralis in fine: vide addi. ad Barto. in versicu. aduocatus in. l. si postulauerit. §. haberi. ff. de adulte. quod not. ad materiã dicte regie pragmaticæ: & i dicta additione habetur p not. p Hosti. i. d. c. dilecti. q iterdum iudex potest permittere aduocatum respõdere super positionibus: si videt reum nimis simplicẽ: q posset decipi.

XXXI. Cautela p inculpato de ope prestita homicidio, vt semper alleget ignorantiam.

Vidi hoc multotiens occurrere, q titius patraturus aliquod homicidium accedit ad sempronium, & petit ab eo arma, vel famulatũ: quia vult ire i aliquẽ locum: sempronius prestat arma: vel accedit secũ. Titius postea cõmittit homicidium, inculpatur sempronius de ope prestita: vel cũ armorum prestatione: vel cum famulatu. Cautela est, vt semper alleget ignorantiã: quia nisi ex aduerso probetur scientia, debet ipse sempronius absolui, etiam alio nõ probato. l. quicunq;, & ibi Bald. in penul. col. C. de seruı. fugi. & vide Bar. in. l. omnes. C. de agri & censi. libro. xi. quod not.

XXXII Cautela pro fideiussore, vt nõ cõdẽmnetur, nisi iquãtũ facere potest, deducto ne egeat.

Quãuis certe psone, vt parcus, patronus socius, & donator nõ cõueniãtur nisi inquantũ facere possunt: vt in. §. sunt preterea versi. sed ꝛ si qs insti. de actio. & habetur in. l. sunt qui in id in vlti. versi. cum. l. sequen. ff. de re iudi. nihilominus hoc beneficium non competit eorũ fideiussoribus: vt i. l. & si fideiussor. ff. de re iud. ꝛ. l. verũ in prin. ff. pro socio: sed cautela est singularis. & singulare remediũ: q fideiussor cõuentus denũciet reo principali: & principalis veniat, & suscipiat iudicium in se, &

exponat hanc exceptionem in personam suam quod fa cere potest, ita notabiliter Barto. & Bald. in dicta. l. verum in prin. per tex. in. l. idem. §. & generalis. ff. de manda. & idem Bart. in. d. l. & si fideiussor. in prin. ff. de reiudi. & in. l. stichum. §. quod vulgo. ff. de solutio. Et pau. de ca. in. l. maritum. ff. solu. mat. Imo, & alii in. l. non tamen cum sequen. ff. de reiudi. quod bene nota ad practicam. & adde do Iaso. in. §. sunt præterea in versi. & sed & si quis in vlti. col. ibi nunquid autem hoc beneficium insti. de actio.

XXXIII Cautela pro blasfemantibus.

Blasphemi Dei, & beate Virginis: & aliorum sanctorũ per constitutionem regni blasfemantes: & alias modernas pragmaticas mutilationi: ligue maliloque pena plectuntur, licet de iure comuni & canonico alie pene imponantur, de quibus ego dixi in singularibus meis singulari. iiii. incip. non intendo per id quod dicam, sed cautela est vt probata blasphemia contra aliquem compareat ille: & alleget se vnq̃ alias incurrisse in blasphemiam, quia nisi ex aduerso probetur talẽ habere consuetudinem blasphemandi, non poterit puniri pena mutilationis lingue, sed pro arbitrio iudicis, puta quia ponẽdus esset ad cathenam ſm doc. maxime Cy. & Sal. in. l. ii. C. de reb. cred. ita doc. vt Pe. Cy. & Bal. ac Sal. ibi, istud etiam est quod voluit Bal. i. l. ii. post. glo. C. ad. l. Iul. ma imo plus dico, ꝙ dicebant multum signanter Pe. & Cy. in. d. l. ii. quod binus vel trinus act⁹ hoc casu nõ induceret consuetudinem, & istud etiam placet Sali. ibi. & Ange. de are. in. §. item si quis, & ibi Ias. de actio. in. xiiii. colum. & sic euades amicum tuum a mutilatione lingue, quam iudices solent quandoq; imponere, non fauore dei neq; amore iustitie, sed vt videantur iusticum non sint: nec predicte conclusioni

habebit obstare: ꝙ per pragmaticas est sublatum arbitrium minorandi penam quia hoc intelligitur in solito blasphemare & sic habes intellectum ad regni constitut onem blasphemantes : & ad alias pragmaticas. i

XXXIIII Cautela pro vassallis contra dominos.

SEpe contingit, ꝙ barones exigunt a suis vassallis multa: atq; varia seruitia, etiam iniusta, quæ cum denegantur, asserunt eis deberi ex consuetudine. Et non dicunt illa esse insolita. Item dicti barones allegant multos contractus initos cum vassallis, quos pretendunt debere eis seruari, sed cautela est: vt vassalli ipsi allegent exhibuisse baronibus dicta seruitia per metum, fuisseq; ab eis per metum extorta, quia habent presumptionem pro eis, ita Bal. in extrauaganti de pace constantie in ver. pactiones: vbi all'. Ioã. an. in. c. i, de presump. in. vi. in nouella dicentem: ꝙ indebita seruitia presumitur a dominus indebite extorta. Et idẽ Bal. eo. titu. de pace constan. in ver. pro infectis vbi illum. §. not. valde ad contractus qui fiunt quottidie cũ dominis terrarum an debeat proponi actio quod met. cau. rescindẽdum: & dicit ꝙ nõ: & ibi vt vult singulariter Bald. si bene inspitiatur, ꝙ cõtractus initus cum principe metu principis sit ipso iure nullus, non autem est opus, ꝙ rescindatur actione ꝙ met. cau. refert & sequitur do. Ias. insti. de actio. §. quadrupli in. x. col. vbi hoc confirmat nonnullis aliis per eum ibi adductis, not. qa quottidie euenit.

XXXV Cautela pro illo, qui vult effici Abbas i aliquo collegio, in quo omnes mortui sunt.

QVia in presentiarum: & in preteritum, nostris exposcentibus peccatis adeo epidimiæ morbus inualuit, vt in multis monasteriis vnus dumtaxat monachus remãserit, cautela est, vt ipse q alias non potest seipsum eligere: committat vocem suam alteri, qui eum eligat: & huic eligenti ipse consentiat quod fieri potest. Ita Pau. de liaza. in clemẽ. i. de electio, refert, sequitur Ang. in. l. nulli. in. ii. col. ff. quod cuiusq; vniuer. vbi dicit, ꝙ ita fuit obseruatum in abbate sancti benedicti: & idem putarem in quolibet alio collegio, in quo ꝑ electionem assumitur caput per supradicta.

XXXVI Cautela pro vniuersitatibus congregandis quando officialis abest, vt congregetur de mandato senioris dicte vniuersitatis.

SEpe numero solet accidere, ꝙ officialis de cuius mãdato vniuersitates debent cõgregari, est absens, sed cautela est: vt hoc casu congregentur de mandato antiquioris dicte vniuersitatis, qui est ipso iure prepositus. ita Ang. in. l. nulli in. ii. col. in prin. ff. quod cuiusq; vniuer. nomi. Et sic euades vniuersitatem a calumnia, quare fuerit congregata sine mandato officialis, quod no.

XXXVII Cautela contra illum, qui petit dilationem propter absentiã aduocati: quamuis de proximo reuersuri.

LIcet vera sit conclusio, ꝙ danda sit dilatio propter absentiam aduocati, quando est de proximo reuersurus, vt plene per do. Feli. in. c. i. in prin. & ibi est bona additio in margine super versi. ad illud extra vt lite non contesta. tamen hoc intelligitur esse verum in illo, qui est vere aduocatus, & non in illo qui consuluit in camera, & non iuit ad iudicium ad aduocandum, quia isto casu non debet differri lis propter absentiam il-

lius: ita Ange. post Iac. butri. in. l. 1. §. postulare. ff. de po stul. & ideo quando per aduersarium tuũ petitur differ ri litem propter absentiam aduocati, cautela est: vt tu cõtradicas. & alleges illum nõ esse aduocatum, ex quo nundum accessit personaliter ad iudicium ad aduocan dum, sed tantum consuluit in camera: vt per Ange. in alleg. §. & sic non differetur lis in reditum illius. quam- uis de proximo reuersuri: quod not. quia nũc habeo de facto in iudicando in curia ecclesiastica.

XXXVIII Cautela in regno contra illum: qui pe- tit differri litem propter absentiam ad uocati: quãuis sit de proximo reuersu- rus, & facit ad materiam precedentis cautele.

POsito pro constanti, ꝙ propter absentiam aduoca ti de proximo reuersuri debeat differri lis, vt i pro xima precedenti cautela deductum est: tamen si in regno petatur ab aduersario, ꝙ lis ipsa differatur in aduentum aduocati de proximo reuersuri cautela est, vt contradicatur, & allegetur in regno omnes causas es se summarias per. c. detestantes & per regiam nouellam pragmaticam primam in ordine incip. dispẽdia litium: quia in causis sũmariis non differtur lis propter absen- tiam aduocati ita Barto. in extrauaganti ad reprimen- dum in versi. sine strepitu in fi. & sic submouebis aduer- sarium tuum petentem differri litem propter absentiã aduocati; & licet. d. Feli. in hoc dubitet in. c. i. vt lite non contes. in. prin. per ea que ibi adducit: tamen tene hoc: quod dixi propter auctoritatem Bar.

XXXIX Cautela ad regiam nouellam pragmati- cam: odia litium.

SOlet q̃nq; occurrere: vt mortuo fratre sẽpronii vxor fratris vocet ipm̃ sempronium i iudicio ꝑ aliqua cã:

& petit ipsum cām cōpromitti vigore dicte regie pragmaticæ: que dat istā exceptionē cōpromissi tam actori q̄ reo: sed cautela est, vt ipse sempronius si nō vult cām cōpromitti: q̄ allegct cām nō debere cōpromitti. qa p mortem fratris sui talis affinitas est dissoluta, & ita obtinebit per tex. i. l. cui coiū. §. affinitates ff. de postulan. vbi Ang. dicit: quod ille tex. allegatur, q̄ si causæ debēt inter affines compromitti: intelligitur durante affinitate.

XL Cautela pro aduocato ad conuincendum testes partis aduerse de fallo.

SVpra in. xiiii. & . xvi. cautela, & in singularibus nostris. lxxviii. & . c. diximus multa circa intellectū regie nouelle pragmatice, testē fallum, sub rubrica de falsis testibus nō producēdis, modo adhuc etiam ista adducentur in medium. Nam si testes partis aduerse testificantur in causa astruētes merā negatiuam, eo ipso incurrunt fallum, vt no. Inno. in. c. cū ecclesia sutrina. de. cau. posse. & prop. Et ideo si cautus aduocatus in vidēdo diligenter: an aliquis ex testibus aduersarii astruat meram negatiuam testificādo, vt eo ipso repellat eū, vt fallum, ita docet Ang. in. l. lucius in. ii. col. in prin. ff. de his qui non infa. quod not. ad itellectū dicte regie nouelle pragmatice, & sepe occurrit de facto.

XLI Cautela pro patre, vt petat sibi applicari bona castrēsia filii deportati, & non fisco.

FIlius tuus cōmisit tale crimen, ppter quod fuit merito proscriptus, & quia habebat nō. . ulla bona castrensia, vel quasi fiscus volebat ad ea manum extendere quero nunquid possit, videtur q̄ sic, quia in castrēsibus, vel quasi filius familias censetur pater familias. l. ii. ff. ad macedo. tū in cōtrariū est veritas, tex. est singularis in. l. si filius. C. de bonis pscrip. habetur. i. l. si finita. §. si de vectigali. ff. de dam. isfect. vbi debet peculiū castrēse ero

gari patri. & nõ fisco, & ideo cautela est, vt pater illud pe- tas, quia fiscus excludetur per.d.l.si filius: & hoc not. quia quottidie occurrit. Et idem dicas de peculio aduẽ- titio.l.iii.§.sed vtrum.ff.de mino. & vide Ias.in.l.si qs iniquum.§.si filius meus in primo nota.ff. quod quisq; iuris.

XLII Cautela pro creditore contra debitorem con- demnatum appellantem: vt non obstante ap- pellatione capiat eum de persona.

QVottidie potest hec cautela contingere: habebam debitorem cõdemnatum ad certam pecunie quã titatem: appellauit debitor pendente appellatione: effe ctus est suspectus de fuga: quia preparat se ad fugam, cautela est: vt creditor capiat eum de persona, quia pote rit etiam pendente appellatione, ita singulariter determi nat Ang.in repe.l.nemo carcerem.C.de exacto. tribu. lib.x.post medium, versi.item quero, an pendente lite, quem refert & sequitur Alex.in consi.cccclxx.incip. Ma gnifice pretor in.xii.col. refert: & sequitur etiam domi. Ias.in.l. vinum in.iii.col. versus finem.ff.si cer. peta. & ibi etiam in.iiii.col. refert se alias in contingentia facti al legasse, & obtinuisse, si debitor esset in domo propria, vt possit capi, si sit suspectus de fuga, non obstante.l.pleri- q;.ff.de in ius vocan. & dicit se inuenisse hoc tenere Bal. in lectura antiqua in.d.l.pleriq;.

XLIII Cautela pro locante & conducente res ecclesie, vt non excedatur terminus triẽ nii inducti ab extrauagãti: ambitiose: que paulina solent nuncupari.

IN singularibus nostris singulari.lxvi.⁊.lxxii.ad mul ta vtilia fecimus mentionem de extrauaganti. Am- bitiose de reb.ecclesie non alie. que vulgo solet hodie paulina nuncupari, p quam habes, q res ecclesie nõ pñt

vltra trienniũ locari: & cõduci pena: de qua ibi contrafacientibus imminente, sed pone q fiat locatio: & conductio vltra triennium: puta ad quatuor, vel.v.annos: nũ quid saltem valeat pro triennio, tu diceres forte q sic p regulam illam, vtile per inutile non vitiatur: vt in regu. vtile de regu.iur.in.vi.tene contrarium. Nam nec in triẽnium valebit, decisionem habes Bal.in.l. quicunq; in.i. col.C.de bo.que libe. & Alex.in consi.ccccciii.incip. viso instrumento locationis in.ii.col.refert, & sequitur do. Ias.in.l.certi conditio.§.quoniam in.iiii.col.ff.si cer.pet. & ideo cautela est, si vis euitare penam, de qua ibi in dicta extrauaganti, & q valeat contractus locationis, & conductionis, vt nõ excedas triennium de quo ibi: nisi ponas in instrumento locationis: q per talem locationem vltra triennium non intelligatur in conductorem esse translatum dominium, quia isto casu poterit etiam fieri vltra triennium: pro vt latius de hoc diximus in.d. singulari.lxxii.incip.quia supra: vbi dedimus optimã declarationem siue limitationem ad dictam extrauagãtem manda memorie in actu practico.

XLIIII Cautela: vt in regno cõtradicas probationi faciende per testes in causa depositi vltra libram auri.

DEdimus vnam cautelam in singularibus nostris singulari.xlix.incipi. Retẽto supradicto themate ad cõstitutionem regni in causa depositi, q & si vltra libram auri in regno non possit pbari depositũ: nisi per publicũ instrumentũ, tamẽ cautela, est vt probetur p quinq; testes, qui equiualent instrumento publico pter singu. dictum Cy.in.l.optimam.C.de contrahen. & cõmit.stip. Nũc subiiciamus aliam ad dictã constitutionẽ. Nã si pars probauerit depositũ vltra librã auri p duos: tres: aut q̃tuor testes, & tali pbationi non fuerit contra

dictum, certe valebit, & tenebit talis probatio, ita Bar. Ludo. & Alex. in l. certi conditio. §. quoniam, & ibi do. Ias. in. v. col. ff. si certum peta. refert, & sequitur Fran. de are. in c. ii. in. vi. col. extra de proba. Et ideo cautela est, vt quando vides aduersarium tuum velle probare per testes depositum vltra libram auri q̄ tu contradicas per supradicta. Et hoc intellige, nisi ille vellet probare per quinq; testes propter dictum Cy. superius allegati, quia tunc posset non obstante contradictione tua.

XLV Cautela adhuc ad dictam constitutionem in causa depositi, q̄ fiat probatio per testes.

STante supradictæ constitutionis dispositione, q̄ vltra libram auri non possit probari depositum, nisi per publicum instrumentū, cautela est, vt fiat probatio per testes non ad finem, vt depositarius condemnetur quia non posset fieri, sed ad finem, vt per testes cogatur facere fieri instrumentum, quo confecto possit condemnari, ita singulariter Saly. in l. si quis argentum. §. fi. C. de dona. per illum textum in versi. monumentorum. Et licet dictam decisionem impugnet do. Ias. in l. certi conditio. §. quoniam in. vi. col. ff. si cer. peta. nihilominus ego eam sequor ꝓpter auctoritatem. Saly. & ad motiua Ias. posset sine magno sudore respondere.

XLVI Cautela ad regiam nouellam pragmaticam incip. Relatione citationis de forma procedendi in causis p̄dictis post citationem, vt notificetur dilatio absenti.

ET si per regiam nouellam pragmaticam tertiam in ordine incipi. relatione citationis, sub rubrica de forma procedendi in causis predictis, post citationem habes tu actor electionem, vt data aduersarii contumacia procedatur contra eum vel ad primi decreti interpositionem, vel ad dationem termini tamen si obmissa pri

mi decreti interpositione elegeris termini dationem, talis terminus ita demum incipit currere absenti: si ei prius fuerit intimatus, vt est tex. in. l. ii. vbi in rem actio in versi. eo ad notitiam eius perducendo: quem Bal. ibi ad hoc reputat notabilem: & est glo. in clemen i. in glo. pen. de appell. cum aliis alle. per do. Alex. & do. Ias. l. labeo. ff. de iureiuran. late per do. Anto. in. c. licet causam in. iiii. col. de proba. & dicitidē Ias. in. d. l. labeo i prin. ꝙ ex hoc Bar. docet practicam, ꝙ quando dilatio statuitur per iudicem absenti: ꝙ ei notificetur per nuncium, & ex tempore notificationis incipiat currere. Cautela est igitur: vt si termini elegeris dationem, illum facias absenti per nuncium intimari: alias vnquam curret absenti per supradicta: quod no. quia quottidie occurrit, maxime in terminis dicte pragmatice: & vidi passim vbiq; male seruari.

XLVII Cautela pro destinantibus oratores ad principem, vt destinent illi gratos.

SEpe contingit: ꝙ respublice, seu quiuis alii, non curo: destinant oratores ad principem; vel alios superiores, pro aliquibus negociis explicandis: seu gratiis obtinendis. Et quia dicti oratores sunt parū grati: immo forte odiosi illis: ad quos destinantur reuertuntur sine effectu. Nam dicit tex. no. in. c. i grauib⁹. iii. q. vii. ꝙ si is qui displicet ad intercedendum mittitur irati animus ad deteriora prouocatur, quem tex. dicit Abb. in rubrica de vita & hone. cle. esse no. perpetuo pro ambassiatoribus destinandis, vt eligantur hi: qui sunt beniuoli, & accepti illi, ad quem mittuntur. nam si displicent: redibunt sine effectu. Cautela est igitur: vt mittantur beniuoli per d. c. in grauibus, & p illud. c. potissime dicit Abb. in prealleg. loco: ꝙ licet malus sacerdos ta conficiat sicut bonus, i. q. i. multi tamen facilius exaudiuntur boni sa-

cerdotes q̄ mali.i.q.i.ipsi sacerdotes cum sint intercessores apud deum, si displicent deo, nedum non exaudiuntur, sed potius deum ad iram prouocant.

XLVIII Cautela pro illo qui dubitat de collatione sua, vt impetret secundam.

SOlet multotiens euenire, vt qui habuit collationē de aliquo beneficio: tractu temporis de validitate illius incipiat dubitare. Sed cautela est, vt impetret secundam collationem, quia per hoc non inducitur renunciatio prime, imo poterit vti vtraq; ad defensionem suam. Istam cautelam docet Abb. in.c. post electionem in.iii.no. de concesse preb. vbi dicit illum tex. in hoc esse multum no. & se nescire alibi & ita cōsuluisse per illum tex. Pau. de liaza. vide.c. constitutus primo de testi. vbi idem probatur, vide quod no. in.c. cum olim de re iud. vide simile in.c. ex literis, de integ. resti. in versi. appellauit, & supplicauit.

XLIX Cautela ad euitandum bannum, & forıudicationem in regno: vt appareat procurator, vel excusator ad excusandum.

PEr regni constitutionē grandis vtilitas de pena contumacie in criminalibus causis, & penam horum de forbannitis, & foriudicatis sunt prodite multe pene contra bannitos: & foriudicatos. Sed cautela est ad euitandū dictas penas: vt anteq̄ fiat contumax: aliquis cōpareat pro eo procurator: vel excusator, & eum excuset, ne fiat contumax: quia excusatione facta, nō poterit ꝓcedi ad bānum, & sic nec ad foriudicationem, & isto casu admittitur etiam in criminalibus procurator vel excusator, vt. ff. de pub. iudi. l. inter accusatorem secundū vnam lecturam, & eodem titu. l. penul. §. ad crimen ibi,

dum dicit, & si iustam rationem habent, sententia differtur. ff. de procura. l. seruum quoq;. §. publice: per que iura ita tenuit consulendo Bar. in consi. c. incip. a domino Cyno de bononia in fi. & quomodo, & qualiter debeat fieri admitti, & probari dicta excusatio: recurre ad multa: que cumulantur in repertorio An. de yser. ad cōstitutiones regni in versi. excusator.

L. Cautela pro aduocato illius, qui captus tanquā suspectus & fugituus.

QVi dicit debitorem suum suspectum: debet probare, vt in. l. item si suspectus cōiuncta. l. que omnia. ff. de procura. non ergo statur in hoc assertioni, vel iuramento creditoris. immo si suspitio re vera sub sit, & non emerserit: post debitum contractum, non releuat creditorem, vt in. l. creditores. ff. de priuilegiis cred. Et ideo dicit Ang. in. d. l. item si suspectus, sit cautus aduocatus illius qui capitur tanq̄ suspectus, & fugitiuus, quia si est captus: non facta probatione suspitionis: & non facta probatione ꝙ effectus fuerit suspectus, post debitum contractum, debitor captus relexandus erit, no. quia quottidie occurrit.

LI Cautela pro officiali, qui non detinuit quē debebat carceratum.

SEpe solet impetiri officialis in sindicatu, quia non detinuit aliquem carceratum quem debebat in carcere, assignando illi totum palatium, a quo postea discessit, sed cautela est vt assignet pro carcere domum, vel palatium, & det custodem: & perinde est, ac si ilium in carcere detinuisset. Istam cautelam tradit tibi Ang. l. si in carcerem. ff. quod met. cau. Nota quia deseruiet tibi in actu practico.

LII Cautela pro illo, qui post conclusum in causa inuenit testes de nouo, vt non obstante conclusione in causa eos possit producere.

Est facta conclusio in causa, inueniūtur testes de nouo: queritur. nunquid possint non obstante cōclusione in causa produci: quilibet prima facie diceret ꝗ non per illud vulgatum post cōclusum in causa, nemo loquatur. c. cum dilectis de fide instru. contrarium decidit Bar. in aucten. at qui semel in. iii. col. C. de proba. vbi q̃rit, an post renunciationem, & conclusionem in causa factam a partibus possint testes de nouo produci: concludit, ꝗ si tales testes antea producti non fuerunt propter iustam igorantiam, vel aliud iustum impedimentū: tunc talis ignorantia non impediet, quin testes nouiter inuenti de nouo producantur per tex. vnde sumitur illa aucten. inducendo, vt ibi per eum, & quia talis renunciatio non porrigitur ad ea: que sibi quis non putabat competere per regulā. l. mater decedens. ff. de inoffi. testa. refert, ⁊ sequit̃ domi. Ias. in repeti. l. admonendi in antepenul. col. in fi. ff. de iureiuran. cautela est igitur, vt dixi, vt non obstante renunciatione, & conclusione in causa, producas testes de nouo repertos, & hoc quottidie poterit tibi inseruire in curia ecclesiastica. In curia autem seculari aliud dicendum esset propter regiam nouellam pragmaticam incip. post conclusionem cause sub rubrica de testibus post causam conclusam non admittendis.

LIII Cautela pro illo, qui eligitur ad aliquam dignitatem, seu prelaturam, vt ante electionem non consentiat neq; dissentiat.

Quottidie posset ista cautela occurrere, eligitur aliquis ad aliquam dignitatem, siue prelaturam, & antequam eligatur iste consentit electioni de

se facienda

se faciende, vel post electionem dissentit, tunc quero de viribus istius electionis. Respondeo, & dico, ꝙ talis electio non valet nam consentiens ante esset ambitiosus: dissentiēs postea nō est eligēdus, cautela est igiť vt expectet electionem: & illi consentiat. istam cautelam docet Bald. in. c. cum post petitam in fi. de electio. vbi dicitur not, cautelam adhibendam per electum, vt antequam eligatur, non prebeat assensum, quia esset ambitiosus, neqꝫ dissensum, quia dissentiens non est eligendus.

LIIII Cautela, vt minor pars collegii expectet, ꝙ maior pars eligat indignum.

VVlgata est ista regula, & conclusio, ꝙ electus a maiori parte collegii vel capituli debet confirmari, & preferri electo a minori. Sed hoc non habet locum, quando maior pars elegisset indignum, quia tūc prefertur, & confirmatur electus a minori, hoc intellige, quando minor pars expectasset electionem factam a maiori parte de indigno. Ratio est in promptu, quia tunc ius eligendi nondum resedisset ī minori. Nam maior pars ita demum est priuata, si fuerit electio subsecuta, vt in. c. perpetue. de electio. lib. vi. Cautela est igitur vt minor pars expectet, ꝙ maior pars delinquat alias neutra electio valeret. C. de here. actio. l. vt debitum. Istam cautelam didici a Bal. in. c. cōgregato in prin. ibi, & ideo consulo extra de electio. no. perpetuo.

LV Cautela: vt confitens, vel respondens super aliquo delicto semper permittat negatiuam, & dicat maleficium non commisisse.

COnfitens, vel respondens, se homicidium commisisse, sed ad sui defensionem incurrit in hoc labirinthum, vt eius confessio: & responsio diuidatur, vt

late.. Bar.in.l. aurelius. §.idē quesiit.ff. de libe. lega. vbi.. eūdē Bar. pōt ꝑ parte acceptari ꝑ parte nō. licet ..ulti teneant contra eum quos allego.do. Ias.in.§. item ..quis in.v.col. versus finem insti.de actio. sed cautela est ..ingularis, & optima secundum eundem Ias.in.d.§. in vi.col.in prin. ꝙ emanet confessio siue responsio premis-sa negatiua siue in ciuilibus siue in criminalibus qa nūq̄ potest reus ex tali confessione condemnari vt confessus, exemplum, nego me vulnerasse vel occidisse, & si apparebit cōtrariū dico ꝙ feci ad defensionem vel nego me mutuum accepisse si contrarium apparebit dico me satisfecisse isto modo nunq̄ potero condemnari glo.est no.in.l. si quidem. C. de excep. & ibi no. Bal. in terminis. No. quia quottidie euenit.

LVI Cautela adhuc pro blasphemantibus, & est repetita supra in.xxxiii.cautela.

QVibus penis plectantur blasphemi dei, & beate virginis atq̄ sanctorum plene supra in cautela. xxxiii. incipiente: Blasphemi dei, & in singularibus nostris singulari iiii. sed nunc volo tibi in medium adducere adhuc aliam cautelam. Nam si forte, quod absit, plapsus fueris in blasphemiā aliquā dei, vel beate virginis vel sanctorū, de qua fueris impetitus, vel ex officio, vel ad querelam, cautela est, vt obtineas absolutionem a summo Pontifice per viam alicuius Bullæ sancti spiritus: vel sancti Sebastiani vel aliorum cōmissariorū sacri iubilei, qui portant istas bullas per regnum, vt hodie: fit quoniam summus Pontifex potest facere pacem de blasphemia dei, licet episcopus hoc non possit. Ita Bal. in.l.iusiurandi.ff. de iureiur. vbi dicit, ꝙ si aliquis sit accusatus de blasphemia dei, episcopus non potest facere pacem, & idem Bal. etiam plenius hoc tenet in.l. accusa

tionem in penul.col.C.qui accu.non possunt: & in.l.i.in secũdo not.C.de rap. vir. vbi limitat in papa: refert: & sequitur do.Ias.in.d.l.iusiurandi: & in.l.iu.§.iuran.in iiii.col.ff.eo.sed hoc non vtaris ad malum.

LVII. Cautela ad regiam nouellam pragmaticam, odia litium, vt petatur inter coniunctos totiẽs causam cõpromitti: donec lis finem accipiat.

TAm & si per arbitros electos ex forma supradicte regie nouelle pragmaticæ odia litium: non sit causa expedita infra terminum, de quo ibi, nihilominus adhuc debet causa ipsa totiens compromitti: quotiens lis fuerit decisa, quia ista fuit rõ dicte regie pragmaticæ l.q̃uis in fi.ff. de arbi. Adde Bal. notabiliter in.l. veluti.§.hec vox, & ibi Moder.ff.de eden. & in.l.fidei cõmissa.§.si quis.x. per illum tex.ff.de leg.iii. & in.l.si vt pronus.i.in vlti.col.C. quomodo & quando iud. Idẽ tenet Lud. Roma.in consi.cccciiii.incip. in casu propositæ consultationis videtur prima fronte dicendum vigore statuti, & in.l.pretor.§. hoc autem interdictum.ff.de ope.no.nunci. & i.l.ii.in penul.car.ff.de re iud. Raph.cumana,in.l.si cum dotem.§.e.ff.solu.matri. Alex.in consi. ccxii.incip. viso consilio alias per me reddito in.ii.col. Diximus in singularibus nostris singulari.liiii.incip. stante regia nouella pragmatica: plenissime per do.Ias.in.l.qui per salutem in vlti.col.ff.de iureiur. Cautela est igitur, vt elapso dicto termino, petas adhuc totiens causam cõpromitti, donec lis finem accipiat: & not.hãc cautelam, quia quottidie euenit.

LVIII Cautela pro illo, qui vult mutuare, vt conueniat cum amico: q̄ sit depositum, & non mutuum.

Sæpe contingit, ꝙ alquis vult mutuare aliquem pecuniæ quantitatem amicó suo, sed cautela, ut conueniat cum illo, ꝙ sit depositum: & non mutuum, vt multotiens fit. l. lucius. §. i. & l. dies sponsaliorum: & l. publia. §. i. ff. depositi, Nam huius vtilitatis est: ꝙ sit depositum: & nō mutuum: nam instrumentū depositi habet executionem paratam. l. penul. & ibi Bar. C. depo. ī mutuo vero secus est, vt probatur in. l. minor. xxvi. annis. cui fideicommissum in versi. ad initium noue petitionis recdegerat. ff. de mino. Item contractus depositi est contractus bonefidei. §. actionum insti. de actio. & ideo veniunt fructus & interesse a tempore more, sed mutuum & contractus sunt stricti iuris, & ideo non veniunt fructus, nisi a tempore litis contestate, vt ista traduntur in. l. mora. in prin. & in. l. videamus. §. i. ff. de vsu. Item in mutuo habet locum exceptio non numerate pecuniæ, vt in toto titu. insti. de litte. oblig. &. C. de nō nu. pecu. secus in deposito: etiam in casu. d. l. lucius, ita notabiliter Bal. in. l. in contractibus. §. i. C. de non nume. pecu. refert, & sequitur do. Ias. in. l. i. §. mutuum damus in. i. col. ff. si cer. peta.

LIX Cautela pro delinquente, contra quem apparet inditia ad torturam, vt faciat probationem bone vite & fame: quia sic euitabit torturam.

Dedimus supra in cautela. iii. incipiente. Interfecisti sempronium, vnum consilium: siue cautelam pro delinquente, vt procuret exculpationem ab occiso, seu vulnerato: quia sic euitabit torturam: non obstātibus indiciis sufficientibus: modo affero in medium aliam adhuc cautelam non minns vtilem: & facilem, videlicet: ꝙ si contra delinquentem ea militent inditia: vt

merito possit torqueri, faciat probationem bone vite & fame, quia sic non poterit torqueri, ita singulariter Bar. in. l. i. §. pen. per illum tex. ff. de re milita. sequitur Bal. C. de pba. i fi. in. l. fi. col. & in. l. i. C. loca. & in. l. ea. quidem circa antepenul. col. C. de accusa. Ang. in. l. milites C. de questio. refert, & sequitur do. Ias. in. l. i. in vlti. col. in fi. C. communia de lega. Not.

LX Cautela pro tutore, vt in casu dubio adhibeat cōsilium matris: & agnatorum pupilli.

COntingit sepe numero: ꝙ quando tutor vult aliquid facere: est dubium: an noceat pupillo: nec ne: sed cautela est: vt tutor ipse in illo casu dubio per eum explicando pro pupillo adhibeat consiliū matris, & agnatorum pupilli: & hoc modo excusabitur a dolo & culpa. Istam singularem cautelā didici a Pau. de cast. in. l. polla. C. de his qui. vt indig. quam ipse ibi colligit ex glo. in. d. l. polla. i versi pupillo, quā dicit ibi ad hoc esse singularem ad excusationem tutorum.

LXI Cautela pro matre, que non petiit tutorem filio pupillo infra annum, vt alleget se fuisse minorem: quia sic non excludetur a successione filii.

MAter que non vult acceptare tutelam filii, tenetur tamen infra annum petere tutorem filio pupillo: alias priuatur successione filii, nisi mater sit minor iuxta. l. sciant. C. de legi. aere. & l. ii. §. confestim. ff. ad tertulia. cautela est igitur, vt mater alleget se fuisse minorem: licet nunc quando hoc allegat sit effecta maior: antequam totus annus transiret, ista est communior conclusio per glo. i. l. minoribus in glo. in versicu respondere. C. de his qui. vt indig. quicquid teneat Paul. ibi,

